SERIES CHARTARUM PRI-
mi Tomi.

α A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z
Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq
Rr Ss Tt Vu Xx Yy Zz Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh
Iii Kkk Lll Mmm Nnn Ooo Ppp Qqq Rrr Sss Ttt Vuu Xxx
Yyy Zzz Aaaa Bbbb Cccc Dddd Eeee Ffff Gggg Hhhh Iiii Kkkk
Llll Mmmm Nnnn Oooo Pppp Qqqq Rrrr Ssss Tttt Vuuu
Omnes terniones, præter α & Rr quaterniones, & Ss duernionem.

Secundi Tomi.

a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x y z aa bb
cc dd ee ff gg hh ii kk ll mm nn oo pp qq rr ss tt uu xx
Omnes terniones, excepto xx quaternione.

BASILEAE, EX OFFICINA IO-
ANNIS OPORINI, ANNO SALV-
tis humanæ M. D. LIII. Men
ſe Martio.

ΣΧΗΜΑΤΙΣΜΟΙ.

TABVLAE TRIVM M. T. CICERONIS LIBRORVM DE OFFICIIS.

In quibus partiendo diuidendo'que uniuerſa totius in his præceptionis ac doctrinæ ſeries, cum neceſſaria ἀποσημειώσει artificij Dialectici & Rhetorici, luculenter demonſtrata comprehenditur.

Autore IOANNE RIVIO, Atthendorienſis filio.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE



Cum gratia & priuilegio ad decennium.

BASILEAE, PER IOANnem Oporinum.

REVERENDISSIMO IN CHRISTO PRAESVLI, ET PRINCIPI, D. D. IVLIO, ELECTO ET CONFIRMATO EPISCOPO NVMBVRGENSI, PATRONO ET DOMINO SVO CLEmentiſsimo S.

BIBLIOTECA N. ROMA VITTORIO EMANUELE

QVOD & meæ de illuſtriſs. Clementiæ tuæ excellentibus uirtutibus, perſuaſioni maximè conuenire uiſum eſt: & tua erga me paternæ inductionis ac beneuolentiæ plena iampridē uoluntas hortata fuit, faciundum mihi putaui, ut obſeruantiæ in te meæ cultū non modò literarum inani ſermone aliquo repeterem, ſed etiam luculētioris teſtificatione indicij ita confirmarem, ut uigere magis magisq́ in me eiuſmodi ſenſus & conatus intelligeres, quibus in amore erga Amplitudinem tuam, & officioſa ſedulitate, à quoquam eorum quibus cultus & ueneratio nominis tui in animi cura & cogitatione poſita ſunt, ſuperari ſanè nollem. Ac etſi, quòd parum eminere opera mea poteſt, eaq́ ipſa cùm in paruitate quadam debilis eſt, tùm uerò in tractatione optimarum artium & diſciplinarum, nec magnitudine, nec dignitate, nec uſu, ſimilis effectionibus aliorum, uarios mihi euentus orationis, iudicijq́ hominum pertimeſcendos arbitrabar: tamē quia nec ignoſcendi ratio, nec cognoſcendi conſuetudo, ab Amplitudinis tuæ æquitate & iuſticia remota ſublataq́ ſunt: non potui, aut etiam non debui continere me, quin immortalia & conſtantiſsima tua in me, quodam quaſi adoptionis iure cumulatè effuſa beneficia, aliqua tandem aliquando, grati animi ſignificatione proſequerer. Cumq́ tui tot mihi annos perſpecta & cognita animi conſuetudo, facilitas & lenitas, me etiam in hac ſiue calumnia timoris, ſiue cæcę ſuſpicionis angore, admodum conſolarentur, atq́ mirificè recrearent: tùm uerò non modò probatam & iuſtam, ſed etiam debitam magnitudini, perpetuæ erga illuſtrem Clementiam tuam uenerationis meæ, hanc declarationem uiſam iri, neſcio qua permotus animi diuinatione, non deſperabam. Itaq́ in iſta cogitationum mearum multiplici anticipatione, hoc etiam minus ueritus ſum, ne mihi audaciæ crimen, impudentiæq́ impingeretur: quòd tuam illuſtrem Clementiam, cuius nullo non tempore, præclara aliqua in re, mentem operamq́ occupatam eſſe penitus perſpexiſſem, his literis affari, eiuſq́ auguſtiſsimo nomini, qualiſcunq́ laboris mei opellam conſecrare ſtatuiſſem. Cuius rei cauſſam, etſi ille ipſe, in quo peculiariter acquieſco, celebratus, non opinione modò tacita multorum, ſed perſpicua cunctorum admiratione, animi tui candor, ſuſtinet: tamen quę proximè & ſecundū hunc

 me commo-

me commouerunt,ut uel teſtimonij tui approbationem,uel patroci-
nij defenſionem, mihi hoc tempore, quo primùm in exiſtimantium
arbitrium ſcripta mea ueniunt, requirendam exiſtimauerim, paucis
expoſiturus: à tua Amplitudine uehementer peto,ut in tanto grauiſ-
ſimarum occupationum tuarum concurſu,aliquid propoſiti inſtitu-
tiq́ꝫ mei rationibus cognoſcẽdis,temporis tribuas:ſi tibi tamen,ut id
libenter facias,antea perſuaſeris. Ac primùm,quid ex eo tempore,
quo conditionibus,ab illuſtri Clemẽtia tua latis,ad exercẽdam publi
cam doctrinam accerſitus ſum, operæ ſollicitæq́ꝫ curæ,erudiendæ a-
doleſcentiæ, meæ fidei commiſſæ, impenderim: ſi iampridem id ab
Amplitudine tua, non modò ex ijs quæ ſpeciem grauitatis & indu-
ſtriæ habent, ſed quæ reuera ad profectum diſcipulorum maxima u-
berrimaq́ꝫ eſſe conſueuere, nondum eſt perſpectum: dicendo nunc
quidem ego, qui rem ſe multo aliter habere ſpero, uincere non poſtu-
lo. Cum autem mihi in hac decreta, interpretationis artium atque
autorum utriuſq́ꝫ linguæ, prouincia, unicè curatum fuerit ſemper, ut
quamcunq́ꝫ ſuſciperem inſtitutionem, eam certa ratione & uia trade
rem, & diuidendo, partiendoq́ꝫ, hoc eſt, μεθόδῳ διαιρετικῇ complecte
rer: quę una omniũ non modò ad docendũ attinet, ordinem uideli-
cet & ſeriem rerum demonſtans, ac quomodo à primis, per medios
gradus, ad ultima quæq́ꝫ ſit deſcedendum: uerùm etiam profectum
diſcentium continet, plurima intelligentiæ horum adiumenta & ſub
ſidia ſubminiſtrans: eius ipſius rei, diſcipulis optimarum artium ſpe
cimen quoddam præbere uolui: diſtributa eo quo dixi modo, M. T.
CICERONIS, ſapientiæ & eloquentiæ Romanæ parentis atq́ꝫ princi
pis, trium de Officijs librorum doctrina. Quam quidem, opera ſtu-
dij ac diligentiæ meæ, intellectu faciliorem reddere conatus ſum: di-
ſtributis illius pręcipuis partibus, notatis generibus, demoſtratis ho
rum formis, expoſitis argumẽtis, tota deniq́ꝫ præceptorum animad-
uerſa ſerie, & quomodo ea ipſa quaſi hamis inter ſeſe conſerta eſſe ui-
derentur. Atq́ꝫ hæc, etſi, cum in publica & ordinaria doctrina, his li-
bris explicandis operam darem, ita auditoribus demonſtrata eſſent,
ut percepta ab illis non dubitarem: tamen quòd tum anguſtijs qui-
buſdam temporum & uaria cæteroquin multiplicíq́ꝫ lectionum ope
ra excluſus, uniuerſa, quemadmodum optabam, luculenta quadam
plenitate excutere & patefacere non poteram: cœpi poſtmodum,
harum commentarios Annotationum, ſub incudem reuocatos, & ta
bellis ceu ſimulachris quibuſdam expreſſè delineatos, lucidius diſtri
buere, & illuſtrare explicatius. Quem laborem meum Amplitudi
ni tuæ ſubijcere uiſum eſt: mihi ſubituro, ut par eſt, acerrimam cenſu
ram iudicij tui. Primùm, quia tantæ tibi ſollicitudini eſſe intellexi
communitates & cœtus ſcholaſticos, ut maiori eſſe non poſſent. Cu-
ius rei maximum illud argumẽtum eſt, ſi rectè ſit conſideratum: quòd

& de genere autorum qui iuuentuti utiliter tradi poſſent, & huius uoluntatis tuæ cauſsis, ſæpiſsimè ex te ea fuerint à me audita, quæ facerent, ut nullum maioris momenti ac ponderis librum, niſi tua mihi in tempore explorata & cognita ſententia, interpretandum ſuſciperem. Deinde, quia nouam ego (neminem enim partiendo, diuidendoq; hunc illius Philoſophiæ quæ eſt de uita & moribus, locum tradidiſſe comperi) utilem tamen certè, niſi admodum opinione fallor, cùm ad intelligendum, tùm ad recordandum, explicandi rationem his libris attuli: à nemine potius de ſucceſſu laboris mei iudicium fieri oportere exiſtimaui, quàm ab illuſtri Clemētia tua, cuius ego cùm ſapientiam, tùm autoritatem atq; auſpicium, in conſtituendis publicæ doctrinæ meæ ordinarijs operis, ſequi conſueuiſsem. Atq; hanc tuæ ſollicitudinis, quæ in hiſce conatibus progreſsionum ſcholaſticarum iuuandis conſumitur, curam & attentionem hoc loco à me referri, nō modò non indecorum Amplitudini tuæ, cuius hoc cum cæteris Antiſtitibus opus proprium eſt, uiſum iri: ſed etiam cum à pleriſq; hoc totum ut futile & nullius momēti negligatur, eo magis glorioſum ad homines futurum perſuaſum habeo, quo maioris tibi ſanctioriſq; rei conſcientiam illud ſit pariturum. Poſtremò, cum nullo unquam patrono, quàm te, munitior fuerim, unius tuæ Amplitudinis uel approbatione, uel ſuffragatione (quàm quidem, ſi quod ſtudui conſecutus ſum, impetrare à te non minus confido, quàm cupio) reliquos etiam doctrinæ & ſapientiæ laude celebres, æquiores operæ meæ iudices, & euentus fortunam mediocrem fore perſuaſum habebam: uel adeò hanc etiam propitiam, ut non prorſus uideri poſſem omneis & induſtriæ meæ fructus, & laborum perdidiſſe. His ego rationibus motus (nam alia excuſationis meæ uel effugia, uel diuerticula, cur nemini potius has quaſi primitias operæ conſecrare, aut in alterius nomine apparere uoluerim, conquirere, minimè mihi uiſum, ne aſſentatione aliqua gratiam tuam aucupari uiderer) his igitur de cauſsis, benigniſsimo candori tuo has meas ſubieci Tabellas: idq; factum in optimam partem ab Amplitudine tua accipi, utinam, ut ſpero & opto, ita eueniat. Sed quoniam fieri poſſe cogito, alios quoq; proximè & ſecundū illuſtrē Clementiā tuam, ad hęc ſcripta inſpicienda acceſſuros:

—Si quis tamen hæc quoq;, ſi quis
Captus amore leget:—

Ac fore quoſdam, qui ſiue mirabili quodam iudicio, uel potius Thracico, barbaricoq;, non muſico more, in his Tabellis confodiendis, & exagitanda fortè ac laceranda opera noſtra, tela ſua cruentaturi, uel etiam oſtentaturi ſint

πουλυμαθημοσύνην, ἧς οὐ κενεώτερον ἄλλο:

Siue optima mente ducti, nobiſcum rationes ſuas collaturi, & iudicia ſua toti huic ſcribēdi & explicandi generi appoſituri: utriſq; ſatisfaciendum,

endum mihi eſſe uideo. Sed alteris, paucis: alteris uerò, tanquam cum coniunctis & conſociatis nobiſcum in uirtutis atq; ſapientiæ negocio, uerbis fortaſſe pluribus. Nam illos quidem maleuolos, remouēdos ab hac diſputatione arbitror: & quoniam ut homines imperiti, nihil niſi quod ipſi faciunt, rectum putant, reſponſione dignandos arbitror uel perbreui, uel nulla prorſus, ne aut in ſilentio noſtro uictoriam ſibi traditā, aut in prolixitate, dignos ſeſe, quibus cū colluctaremur, fuiſſe ſuſpicarentur. Quamobrem hos dimittamus, ſi hoc prius Terentianum à nobis reſponſum abſtulerint: Omnibus in medio palmā eſſe poſitā, qui artē tractant muſicam: neq; in hoc quaſi ſtadio curriculóq; ac ſpacijs doctrinę & ſapientiæ, cuiquam ſegnius eſſe inſiſtendum, qui Reipub. olim operam ſuam, & fructus eruditionis probare inſtituerit. Quinetiam, cū homines hominū cauſſa generati ſint, eniti & contendere uniuerſos quàm maximè decet, ut ad communes utilitates, pro ſe quiſq; adferat, quicquid aut ingenio conſequi, aut diligētia poteſt, aut uſu. Quæ quidem etſi in nobis uix mediocria ſunt, ita ut hoc benè merendi de optimarū artium diſcipulis ſtudium, ceu inconceſſam eminentiam affectare ipſi neutiquam poſsimus, aut debeamus: tamen uoluntate quidem certè, quæ admodum laudanda eſſe uidetur, proximè accedimus. Quod ſi ne ſic quidem placatum hoc genus à nobis diſcedit: tamen ne ſibi ſoli licere putet, campum arenam nemine repugnāte tenere, humaniſsima cum illo Euripidea ſententia tranſigemus·

—τῶν μὲν ἠγωνισμένων,
σοὶ μὲν δοκείτω ταῦτ᾽. ἐμοὶ δὲ τἀναντία.

Ac ſuo illi ſanè, ut antea dixi, mirabili iudicio contenti, contemnant nos, quibus nequaquā illorū etiam omnia placent: retineantq; ſibi ſua, nobis relinquant noſtra. Agamus igitur cum bonis & moderatis hominibus, quibus mirū fortè uideri queat, non cur hoſce potiſsimum de Officijs libros (de quorum bonitate & pręſtantia nemo dubitaret) ſed cur eoſdem illa, quá ſuprà dixi, methodo illuſtrandos ſuſceperimus. Ac etſi neutrum horū diſputatione eget, tamen de utroque uerborum mihi aliquid, non alieno, ut arbitrabar, loco faciundū eſſe exiſtimaui: ut intelligeretur ab optimarum artium & diſciplinarum diſcipulis, id quod manifeſtiſsimum eſt, quicquid in his operę curæq; explicandis ponitur, præclarè collocari. Iam primùm ergo laudari hoc opus à me, quòd plurima cùm uitæ humanę, tum ſermonis eruditioni adiumēta adfert, & ornamēta conciliat, eo fieri iuſtius cenſendum eſt: quòd his moribus & hac ætate, in qua malis & miſeria cōpleta cuncta ſunt, quaſi fatali quadā conuerſione impulſa & ruitura, non modò admonitione, ſed etiā extimulatione, atq; totis quaſi tabernis uirtutis proclamandis, exquiſita inuitatione opus eſſe uideatur. Quapropter ſi orationis Orphicæ uis atq; facultas mihi conce

deretur,

deretur, eam profectò ego in tanta rerum omniũ perturbatione, ta nta cùm inſtitutionis peruerſione, tum licentiæ atq; audaciæ confirmatione, conuerterem non tam ad adoleſcentię futilitatem deplorandam (nec enim querelæ multum profecerint) ſed potius ad excitandos eorum animos, in tanta diſciplinæ conuulſione, quaſi ueterno uiciorum conſopitos: ut ſi quando erroris ſui crapulam edormiuiſſent, non modò intelligerent eam ſibi uitam expetendam, quæ eſſet animi corporiſq; cumulata uirtutibus: uerũetiam de hoc potiſsimum opere, ceu fonte, limpidiſsimas ſibi puriſsimasq; aquas hauriendas, quib. deformem cicatricibus errorum uitam abluerent, & perpurgarent. Ita enim futurum eſſet, ut quam ſibi tandem aliquando, ad conſequendam bonitatis & ſapientiæ laudem, uiam ingrediẽdam eſſe putaſſent, ea omni ab ipſis uirtutis & probitatis gloria expleretur. Quam quidem ad rem, hoc eſt uitæ ac moribus formandis, nihil his tribus libris extare aptius, nihil etiam ſcriptum eſſe perfectius & artificioſius, ita una omnium uox eſt literatorum, ut contrà ſi quis dicere uelit, non audiatur. Sunt etiam ipſius Ciceronis in medio, de hac re teſtificationes: dum, modò nullum eſſe in tota Philoſophia, quantumuis frugifera ac fructuoſa, feraciorem & uberiorem locum confirmat, hoc ipſo de Officijs: modò, quæ de ijs ipſis tradita ſint à Philoſophis, & præcepta, latiſsimè patere ait. Atqui ſi uerè hominis excellentiam, & huius præ cæteris animantibus naturæ dignitatem conſiderauerimus, (uelle quidem certè debemus) reperiemus profectò, uel deberi hoc ipſi ſiue Deo, ſiue Naturæ, à quibus in lucem producti ſumus, ut ad decus & honeſtatem confirmemur: uel hoc eo etiam facilius factu eſſe, quòd omnium uirtutum initia quædam (ſiue ſcintillulas & elementa ac ſemina appellare quis malit) nobis inſita ſint: ut hoc quoq; non in poſtremis duci debeat, cur toto animo ac mente ad curam & honeſti & decori conuerti noſmet par ſit: præſertim cum ad ea quæ recta, quæ iuſta, quæ moderata, quæ magnifica ſunt, duce natura trahimur. Quid autem pulcrius eſſe queat, quàm homines, quos ad nõ ſtabilem, ſed caducam uitam productos conſtat, curare: ut quibus rebus beſtijs maximè præſtant, uſurpatione ſcilicet mentis & intelligentiæ, in ijs rectè utendis ita deſudent ac elaborent, ut quaſi cœleſtem in his terris uitam repræſentent, omnium quæ fiunt, quæq; dicuntur, ordine & modo? Quæ quidem ita his libris proſecutus eſt Cicero, ut diuina & cogitandi & eloquendi ui cæteris argumenti atq; materiæ iſtiuſmodi non modò elaborationem, uerùm etiam elaborationis ſpem ademerit & præripuerit uniuerſam. Suntq; hæc præcepta ita excelſo & illuſtri loco poſita, ita etiam ſingulari conditione, ut in cupiditate laudabiliter conſtituendæ uitæ, ad alia nulla reſpicere debeamus. Eoq; id magis, quòd nata nobiſcum, ut paulo antè dixi, maximarum rerum principia adiuuent, & recondita atque abſtruſa

A 4 uirtutum

uirtutum rectiq; ſemina excitent: atq; illas ceu imagines noticiæ, ueri, recti, ęqui, boni, de animi cura & cogitatione, quaſi incluſa quadam commentatione, ita in ueritatis lucem proferant: ut quomodo cùm facto & uita, harmonia illa interna explicari: tùm uerò, quæ in hac hominum inter ipſos conciliatione, in quotidianis uitæ conſuetudinibus eminere & relucere debeant actiones, demonſtrent. Ex quo innumerabilia exiſtere commoda, admirabilemq; progreſsionem ad omnem excellentiam fieri neceſſe eſt: cum mens, qua nihil homini datum eſt diuinius, à rerum humanarum uanitate & amentia ſpecioſa, & erroribus ſplendidis, quæ plurimum damni maliq; uitæ ſtruunt, recedens, & ueritatem iudicij amplexa, hominem ad ſtudia quædam grauiora atq; maiora generatum eſſe admonet: atq; ad ea conſectanda, ad quæ nati ſumus, accendit & inflammat. Nam cum de Ariſtotelis ſententia, à Cicerone expoſita, perſpicuũ fiat, hominem ad duas res, intelligendum & agendum natum eſſe, quaſi mortalem deum: minimeq; ut tardam aliquam & languidã pecudem, ad paſtum, & procreandi uoluptatem, hoc diuinum animal eſſe ortum: efficitur, ut ratio excellens humani ingenij, & acris illa ac prompta expeditaq; cogitandi uis, quæ in cõſuetudine, exercitationeq; & intelligendi prudentiam acuit, & præcipiendi dexteritatem inſtruit: cum neutiquam ad ludum & iocum hominem factum eſſe animaduerſum eſſet, ſolidius aliquid requirerent quod ſequerentur, quod tenerent, quod non modò intuerentur, ſed ad quod omnino ſeſe componerent. Atq; hæc ſunt initia, de quorum originibus cœtus & cõmunitates proſeminatæ fuerunt, tùm maximè cum perſpiceretur, actionem humani ingenij nihil eſſe aliud, niſi exquiſitionem atq; perueſtigationem quandã, ex nobis illam quidem inchoatam, ſed uſu atq; tractatione poſtea confirmatam & auctam, tandemq; perfectione quadam ſua abſolutam et conſiſtentem, ad ea meditanda & proferenda, quibus honeſtas uitæ excoleretur, Reſpublicæ conſtituerentur, leges atq; iudicia deſcriberentur: deniq; ad ea patefacienda, in quibus plurimum momenti ſitum conſtaret, cùm ad certam ſcientiam rerum, tùm ad hominum ſalutem & conſeruationem. Quamobrem cum ipſa ratio, optima uitæ dux & magiſtra, homines inter ſe natura, ſermone & uſu congruentes faciat: uiſum fuit Ciceroni, homini politiſsimo, inter reliqua uirtutis, ſapientiæ & diuinitus excitatæ alacritatis monumenta, quibus celebrati ſibi famam nominis peperit, cuius nunquam memoriam deletura obliuio eſt: his libris quaſi Theatrum quoddam humanæ uitę extruere, atq; præcepta uitæ ad cõmendabilẽ modum redigendæ in his complecti, ut quoniam multa & uaria in hominum uita fortunaq; uerſantur, quicunq; ad hos libros legẽdos accederent, haberent quo motus uoluntatemq; animi dirigerent, ne recedentes ab officio in turpitudinem delaberẽtur, aut diſcrepantiam aliquam in actiones

confer-

conferrent. Itaq; praeclarè docet, eam uitam quæ ſeiuncta ſit à præceptis inſtitutisq; ſapientię & uirtutis, neq; iucundam magnopere, neq; durabilem omnino eſſe poſſe: & ueritatem iudicij ad certas metas deliberationum reducit, honeſti naturam, uim & partes excutit, quanta omnibus in rebus prouiſione animi & cautione utendum ſit oſtendit: delicta ſtulticiæ & incogitantiæ caſtigat, opinionibus errorum imperitos liberat: animaduerſionem, in retinenda conſtantia dictorum, factorum & cogitatorum excitat: quàm uicina uirtutibus uitia ſint, quamq; lubricus & anceps ab illis ad hæc lapſus, admonet: quæ ſit uera mediocritas actionum, inter nimium & parum, tradit: quid prudenter, quid iuſtè, quid fortiter, quid temperãter, quid liberaliter, quid magnificè fieri exiſtimandum ſit, expedit: de expetendis in uita, fugiendisq; rebus, ſapienter diſſerit: ad uirtutem & rationis præſcriptum accommodare uniuerſas ſuſceptiones laborũ & actionum docet: quæ ſint conſociationi hominum inter ipſos uel adiumẽta, uel ornamenta ſubminiſtranda, monſtrat: quibus item rebus con uictus humani generis ceu uinculis cõſtringatur & contineatur: quæ diſsipare atq; dirimere coniunctionem ſoleant: quæ rurſus impulſum ſtatum Rerumpublicarum, eumq; concuſſum ac labefactatum erigere, colligere & recreare poſsint: quomodo iuſticiæ ac æquitatis cuſtodia & obſeruatione facilior & expeditior adminiſtrationis cùm priuatæ tùm publicę decurſus ſit: quæ adoleſcẽtiæ, quæ ſenectuti, quę magiſtratibus, quę ſubditis, quæ ijs qui ambitionibus, contentionibusq; honorum implicati tenentur, quæq; priuatis & ab omni uel cura uel procuratione munerum publicorum alienis, quæ deniq; ciuibus & peregrinis ſollicitè conſideranda ſint: quomodo pari cum cæteris iure uiuendum: qua ueneratione benè de Repub. meriti colendi: quàm cautè & prouidè, ſiue tecum agas quid, ſiue cum altero contrahas, agendum: quo delectu inter homines utendum: quàm ſanctè conſcientia bonæ mentis obſeruanda: quanta manſuetudine, etiam erga eos à quibus læſi ſumus, quantaq; placabilitate in dediticios, facilitate deniq; erga uniuerſos homines utendum. Tum fides ipſa, quanto candore animi colenda: quando uel ſtandum promiſsis, uel ab his nonnunquam diſcedendum: quàm religioſè iuſiurandum colendum: qua pietate noſtros complecti debeamus: quomodo eidem pietati ſalus patriæ nonnunquam anteponenda: qua moderatione animi affectus coercendi, appetitus refrenandi, ita edomanda ſit: quæ ſint in animaduerſione caſtigationis reſpicienda: quanto ſtudio cauendum, ne quid crudeliter, ne quid item indecorè, effœminate'ue facias: quanta integritate cum proximo contrahẽdum: quantus ſit uirtutis ſplẽdor, ut propter eam, etiam illos quos nunquam uidimus, diligamus: quæ ſint aduerſus fortunæ indignationes, & caſuum aduerſorum calamitates, remedia moderationis adhibenda, ne

ſuccumbas

ſuccũbas in rebus aſperis, ne à ſtatu ſapientis dimouearis: quibus rebus expletas et cumulatas uitæ noſtræ neceſsitates habere queamus: quàm ſcienter & moderatè utendum ſit hominum familiaritate: quæ res ad opes, ad potentiã, ad honorem, ad gratiam plurimùm ualcant: quàm penitus perſpexiſſe quenq;, & animo ac ratione ſuum luſtraſſe ingenium cõueniat: quę ſit in deligendo genere uitæ prudentia, quę cautio adhibenda: quando temeritate & negligentia omnes actiones uacare debeant: quæ ſit ueræ laudis pulchritudo: quibus rebus ad ueram gloriam & decus enitendum ſit: quàm pernicioſæ eſſe conſue uerint ſimulationes: quæ genera artificiorum ac quæſtuum ſordida, quæ homine libero digna putanda: quanta ſit naturarum & ingeniorum differentia & uarietates: quàm diſsimiles hominum curæ, actiones, ſtudia, fortunæ & habitus: quid cuiq; tribuendum: quomodo uoluptatibus, quæ maiores plerunq; animi partes à uirtute detorquent, reſiſtendum: quæ in comparatione duorum uel honeſtorum, uel utilium, ſit ratio ineunda: quomodo in omni procuratione muneris, uel priuati uel publici, auaritiæ etiam minima ſuſpicio pellenda ſit: qui gradus ſint cõmunitatis humanæ: quæ officia aliјs magis quàm aliјs debeantur: quomodo nullo non tempore, præclara aliqua laudabiliq; actione mens operaq; noſtra eſſe debeat occupata: quò ſint benè uiuendi, rectéq; faciendi conſilia atq; conatus dirigendi: quid in ſermone quotidianarum conſuetudinum tenendum: ſtatus, inceſsus, ſeſsio, accubatio quam obſeruationẽ decori requirant: quibus rebus homines hominibus ſubјciantur: quomodo concordia, & quibus rationibus in ciuitate ſit retinenda: quanta ſit uis & efficientia caritatis erga homines: quàm miſerum & graue ſit, metui: quomodo arrigendus ad magnitudinem animus: quæ ſint in collocando beneficio, quæ item in referenda gratia ſpectanda: quibus potiſsimũ beneficium dandum, & quando, ac quibus de cauſsis: quomodo cæteroquin deuinciendi ſint homines: quanta eſſe fides amicitiæ debeat, & quàm inuiolatè eius iura retinenda ſint: quomodo inter bonos benè agier, & ſine fraudatione conueniat: tùm illa longè difficillima, quomodo ſi pugnare cum honeſto utilitas uidebitur, ſine errore iudicandum ſit, ne ſpecie emolumenti à ſtatu conſtantiæ dimoueatur animus: ne exiſtimemus, cùm ſæpe utilium cum honeſtis fieri uideatur diſſenſio, utile eſſe quicquam, quod non ſit honeſtum: ne eadem illa naturâ cohærentia, opinione diſtrahamus: ut temperare ſibi quiſq; à maleficio & ſcelere uelit: ne quis unquam emolumenta præponderare inſtituat honeſtati. præterea, nefas eſſe dubitare de eo quod honeſtum eſt, utrum ſit utile: nõ modò non ab officio diſcedendum, ſed ne claudicandum quoq; in illo: nullam periurio latebram quærendam: nulla improbitatis effugia & diuerticula circum ſpicienda: neceſſariæ utilitatis procurationem, & rei familiaris amplificationem,

plificationem, quæ nemini noceat, minimè negligendam: non, quia expedit quippiam faciendum eſſe, ſed an ita expediat uidendum, ut turpe non ſit: honeſta & aperta bonis uiris quærēda eſſe, non turpia, non ſimulata: nequaquam ea deliberanda, in quibus turpis eſt ipſa deliberatio: neminem ſeſe ſcientem ſcelere contaminare oportere: totam deniq; uitam ad honeſtatis, recti & decori reſpectū componendam. Atq; hæc ſunt, quæ bonitatem, quæ cōnſtantiam, quæ uniuerſum decus uitæ & conciliant, & cuſtodiunt: quæ ſecundis in rebus ornamento, in aduerſis ſolatio eſſe conſueuere: quæ conſcientiam bonæ mentis, ſiue ſecum agat quid, ſiue cum altero contrahat, integram præſtant: quæ contra omnes fortunæ impetus armatum paratumq; reddunt. Hæc ut breuiſsimè dici potuerunt, ita à me dicta ſunt. Quemadmodum autem apud Ciceronem, in ſecundo libro de Oratore, Antonius ſeſe contentum ait, ſi multifariam defoſsi auri ſigna et notas alicui demonſtraſſet, quibus cognitis, alter ſibi ipſe foderet: ſic ego, cum ad magnitudinem, infinitæ multitudinis utilitatum huius operis explicādam, neq; uox neq; oratio mea ſatis uirium habeat: hac tenui uel proclamatione, uel inuitatione, adoleſcentum animos ad euolutionem horum librorum allicere conatus fui. Nam mihi ſæpenumero in mentem uenit, cum tantæ ſint opes, tantæ diuitiæ in his libris prægnantis cuiuſdam, & multiplici copia ſalutarium ſubiectionum cumulatæ & refertæ ſapientiæ, nimium uili hos libros uenire. Sed multo hoc magis dixerimus, ſi à uitæ & morum præceptis inſtitutisq;, de quibus hactenus locuti ſumus, ad reliquorum reſpectum emolumentorum oratio noſtra tranſire uoluerit: & ad ea perſtringenda, in quibus cognitionis non minor eſt utilitas, quàm neceſsitas. Quare, quas præterea ad res, in literarum doctrinæq; ſtudijs hi libri conducant, quandoquidem quaſi uento quodam uoluntatis noſtræ huc appellimur, uideamus. Ac primùm, cum orationis ſermonisq; adiumento ſenſa animi & cogitata explicanda ſint (neq; enim, ſi tacentibus nobis, quid uellemus intelligi poſſet, uerbis uteremur) mirificè hi libri conducunt ad eam dicendi ſcribendiq; copiam & facultatem, quæ in conſuetudine exercitationeq; partim ad inueniendum celeres ingenij & animorum motus reddit: partim ad diſtinguenda inuenta, & quo quidq; loco collocari oporteat, perſpicacem: partim denique ad uerba quę cuiuſq; generis maximè illuſtria ſunt uſurpanda, ornatum, & ſplendidum: ita ut oratio, quæ lucem rebus adferre debet, artificio quodā & expolitione diſtincta ſit. In quo quidē quaſi domicilio laudis & gloriæ, principem locū M. T. Cicero tenet: ita ut in uerborū uel deligendorū uel faciendorū ſcientia, hunc Latinæ linguæ diſcipuli ſolum intueri, in hoc exprimendo & effingendo mentem & cogitationem defixam habere, ad illius exemplum uniuerſos in hac parte progreſsionis ſuæ conatus componere debeant. Hac igitur

utili-

utilitate, inueniendi prudentiam, diſponendi iudicium, elocutionis
pulcritudinem complector. Ex quibus primùm ad delectum, alterũ
ad ordinem, tertium ad lucem rebus admouendam requiritur. De-
inde cum plurima fuerint philoſophorum genera, uarietate opinio-
num & diſcrepantia ſententiarũ longè inter ſeſe diſſentientia: non mo
dò in his libris frequens horum ac crebra mentio fit, ſed etiam δόγμα
τα illorum pluribus in locis recitãtur: quæ res prodeſt ad iudicij &
ueritatis intelligentiam inſtruendam: docetq́, qui qua in parte uel
laudãdi, ſi rectè pręcipiunt, ut Academici ueteres & Peripatetici, qui
ad captum & mediocritatem ingenij humani præcepta de Officijs di
rigerent: uel reprehẽdendi, ſi malè, ut Stoici, qui uniuerſa ad κατόρθω-
σιν quãdam ſuam nimis magnificè referri uellent: & Peripatetici, qui
iracundiam ceu cotem fortitudinis laudandam dicerent: uel refutan
di, ut Epicureorum & Anniceriorum φιληδονία: uel remiſsius paulò
probandi, ut Theophraſtus, quòd nimis laudaſſet profuſiones non
neceſſarias & immoderatas: uel explodẽdi & exterminandi penitus,
ut Cynicorum ἀναίδεια, & Ariſtonis ac Pyrrhoniorum ἀδιαφορία. At
que de hoc opere, ad reliquorum Ciceronis in Philoſophia librorum
lectionem, iſtiuſmodi cognitionem deportaſſe, quantum proſit,
nunc quidem prolixius nequaquam uiſum eſt exequi. Præterea,
cum ad omnium effectionum opinionem atq; ſpem duo ſint coniun-
genda, quorum unum eſt θεωρήσεως; cognitionis præceptorum: alterũ
πράξεως, cum ad uſum & in rem præſentẽ incluſa commentatio tranſ-
fertur: habent nimirum maximæ, maximeq́; neceſſariæ ad omnem ſa
pientiam artis Dialecticæ diſcipuli, illuſtriſsimæ exemplum rationis
partiendi, diuidendiq́; cùm res integras, tùm genera, generum'ue for
mas ac partes, hisq́; adiungẽdi ὑποδιαιρέσεις καὶ ἐπιδιαιρέσεις: itẽq; di
ſtinguendi confuſa, explanandi ambigua, definiendi de quibus pro-
poſitum eſt agere, probandi deniq; dubia. Petent hinc etiam propo-
ſitionum multiplicis formę delectum atq; copiam, argumẽtationum
contextus, concluſionum formas. Quæ quidem ſi ad metas & nor-
mam artis diſſerendi accommodauerint & reduxerint, celeritatẽ in-
telligendi inſtruent, & iudicium in cognoſcendo acuent: tum, quid
quo loco, quàm aptè dicatur, quid cuiuſq; ſit conſequens, quæ ratio,
quæ cauſſa ſingulorum, quam uim ad probandum cuncta habeant,
perſpicient: quæ ſimilia, cognata, affinia cuiuſq; ſint, quæ remota &
aliena, animaduertent: deniq; ueram τοῦ διαλέγεσθαι, unde diſſeren-
di ars appellata eſt, rationem & uiam diſcent. Sequuntur ea quę ad
alteram artẽ, quam ἀντίστροφον eſſe τῇ διαλεκτικῇ Ariſtoteles ſcribit,
excolendam, non minoris quàm quæ hactenus recitauimus, momen
ti ac ponderis ſunt: pertinentq́; ad excitandam alacritatem atq; indu
ſtriam eorum qui utiliter & fructuoſe, non modò ex Rhetorum offi-
cinis, uerùm etiã de Academiæ ſpacijs in lucem aliquando prodituri
ſunt.

ſunt. Itaq; ad uſum præceptorum artis dicendi, quæ Rhetorica eſt, facilius perſpiciendum & comparandum, diligenti cura & animi attentione cognoſcentur, deſcriptiones uirtutum & uiciorum, itemq; lumina orationis, & uerborũ ſimplicium ac coniunctorũ: tum genera conuerſionum, quæ Græcis περίοδοι ſunt, & connexiones membrorum, inciſorumq; in illis, & clauſularum deniq; numeri. Quid enumerem tractationem locorum communium, comparationes rerum ſimilium & diſſimilium, amplificationum exornationes, rerum ab alijs geſtarũ illuſtres expoſitiones, diſceptationũ, quaſi in rem præſentem uentum ſit, ὑποτυπώσεις: locorum inſignium è græco in latinum ſermonem conuerſiones: uerborum translationes non modò ſignificantes, uerumetiam uenuſtas: tum figuratas modò interrogatione, modò exclamatione, modò alijs rationibus, ad contentionem uehementiorem, orationes: laudationes egregiorum facinorum, & contrariorũ uituperationes, propoſitionum dilatationes, partitionũ elegantes diſtributiones: chriarum, prouerbiorum, ſententiarum, acclamationum, fabularum, aptam ad id quo de agitur accommodationem, & deſtructionum denique atque aſſertionum imitationem? Quæ quidem, ſicut ex media laude ſunt eloquentiæ, ita ad orationis latinæ Rhetoricum exercitium, ſi hæc non proſint, quid aliud conducere eruditioni ſermonis queat, mea profectò acies, quàm ut uideat, obtuſior eſt. Poſtremò, quia actionum & rerum geſtarum plurima genera, ac multiplex in his libris mentio hiſtoriæ, commemratioq; antiquitatis cùm Romanorum, quæ gens melioribus ſemper ſtudijs dedita uideri uoluit: tum reliquorum etiam populorum conſuetudines, facta, conſilia, curas, uitam deniq; declarant: prudentię profectò non mediocris commoda atq; documenta conſtituendarum rerum & publicarum & priuatarum, de horum aſsidua frequentiq; lectione comparari poſſe manifeſtum eſt. Atq; hæc quidem utilitas, quæ exemplorum, peculiariter lucem præceptis admouentium, memoriam complectitur, tanti omnium ætatum temporibus ęſtimata fuit: ut nec ſibi rectè quiſquam, nec alijs conſulere poſſe exiſtimaretur, qui res à ſua memoria propter uetuſtatem antiquitatis remotas ignoraret: cui non de expetendis & fugiendis, maximarũ rerum ſuppeterent documenta: quem non recordatio præteritorum ſiue ad præſentia ſiue ad futura inſtitueret & erudiret, unde & ſe conformare, & alios monere præcipiendo, caſtigando emendare, hortari impellendo poſſet: atq; ita totius uitæ curſum non modò uideret, ſed etiam ut ſibimetipſi in perpetuitate quadam conſtaret, clauo (ut dicitur) trabali firmiter ad diuturnitatem temporum figeret. His ita expoſitis, etſi probaſſe me hominibus moderatis, & æquis rerum æſtimatoribus, tum ipſi etiam cui peculiariter hæc opera nauata eſt adoleſcentiæ, inſtituti & facti mei cauſſas arbitror, hos libros potiſsimum

mum deligendo, tractandoq́; tamen ſi fortè uerbis, quorum me ad huius operis ſiue laudes, ſiue utilitates pro dignitate celebrandas admodum inopem agnoſco, minus quod uolui conſecutus ſum: & ſi quem fortè uel autoritates mouent: uel exemplorum appoſitio, quo cupidior lectionis fiat, in hoc ſermone delectat: præſertim quòd ea ipſa magnã ad permouendum uim habere & ſolent & debent: faciã ne hæc quoq; ſe deſideraſſe iure quiſquam conqueri poſsit. Ac primùm, quæ de his libris Plinij, uirtutis & ſapientiæ laude celebrati & clari uiri, ſententia ſit: etſi & de ipſo autore ea, & uerò etiam ſignificatione doctiſsimorum noſtri ſeculi hominum ubique innotuit: tamẽ eandem nunc quoq;, non tam repetere, quàm interpretari eſt uiſum. Vult enim ille, adoleſcentiæ & diſcipulorum, in his libris aſsiduo ſtudio euoluendis, operam, nec modicam tempore, nec remiſſam eſſe oportere contentione: quòd hos libros præ reliquis magnifica quadam elaboratione illuſtres, rectiſsimis ac planè diuinis conceptibus refertos eſſe perſpiceret: atq; de horum perpetua lectione non modò eruditionẽ diſerti ſermonis, & conformationem morum, robur atq; incrementa factura, uerùm etiam eos qui ſalubrem de his ſapientiæ eloquentiæq́; fructum hauſiſſent, quaſi deos quoſdam in terris mortales redditos iri animaduerteret. Quod quidem conſilium quia plus in receſſu habet quàm in fronte promittit, utinam omnes non modò cognoſcerent, uerùm etiam ſequerentur, imitantes eorum quos nunc deinceps attingemus, amorem & cupiditatem. Memoriæ enim eſt proditum, C. & L. Agrippas, Auguſti Cæſaris nepotes, admodum horum librorum lectione delectatos fuiſſe. Ipſum quoq; Auguſtum ferunt, uiſentem aliquando adnepotes, de uno horum, quem libellum, ut fortè in manibus is habuerat, legere animaduerteret: illum ipſum requirere cœpiſſe, & proferri iuſsiſſe: (cõtinebat autem is de officijs pręcepta Ciceronis.) atq; ſtantem pagellas aliquot confeciſſe, poſtea nepoti reddidiſſe, addito clariſsimo & maximo teſtimonio, atq; aſſeueratione, de Cicerone, quem cùm eloquentem, tum amantem patriæ appellaret. Iam Alexander Seuerus Imperator, quicquid fortè grauiſsimarum occupationum concurſui temporis ſubtrahere potuit, horum lectioni librorum libenter & cupidè impendit. Quare quod tanti uiri, quo inſtructius ad Rempublicam capeſſendam accederent, tanta ſibi contentione animi faciundum exiſtimarunt: id nos ad uitæ moderationem & humanitatem exercendam ſegnius faciemus? Sed mihi nunc quidem laudationem horum librorum præcidere uiſum, ne exiſtimer tantum illorum quaſi iubar, accenſa lucernula illuſtrius redditurus. Reliquum eſt, ut quod antea dixeram, nouam me his libris explicandi rationem attuliſſe, de eo nunc pauca diſſerã. Nam cùm hoc etiam factum optimis quibuſque probatiſsimum eſſe cupio: tùm uerò adoleſcentiæ cauſſa, cuius

multò

multò maxima pars opinatæ eruditionis perſuaſione inflata & tumi
da, ut nunc ſunt tempora, errore uagatur, nec habet in ſtudijs certi
quid, quod ſequatur, aliquid dicendum exiſtimaui. Fuit'ne igitur
mihi aliud potiſsimum iter, alia uia, ad propoſitam hanc ſiue ἀποση-
μείωσιν, ſiue ὑπόδειξιν σχηματισμῶν atq; delineationes harũ Tabellarũ
proſequendã & peragendã, ingredienda: quàm ea quę uel à ueritate
iudicij, uel à doctis uſuq; peritis hominibus, in docendo animaduer-
ſa notataq; iampridem fuit? Quid eſt enim omnium rerum, minima-
rum, mediocrium & maximarum, quod in perturbatione ordinis ri-
tè tentari, nedum perfici poſſe uideatur: ſi quocunq; quis modo & ra
tione uelit, docere inſtituat? Atq; id ita in promptu eſt, ut diſputatio
ne non egat. Nam ſi placet, recurramus cogitatione noſtra ad initia
educationis, & repetamus primordia inſtitutionis: reperiemus pro-
fectò, etiam ipſarum elementa literarum paulo liberalius inſtitutis ita
fuiſſe tradita, ut docerẽtur, in multiplici & penè infinito ſono uocum
animaduertendas eas literas, quæ per ſe uocem abſoluerẽt: deinde a-
lias, non quidem uocales, ſtreperas tamen: demum, tertium genus
mutarum. Quam quidem opellam, cura certè aliqua diſtinctionis cõ
tineri atq; conſtare neceſſe eſt. Quid ea, quæ hanc puerilem ſcien-
tiolam ſequuntur, ipſa quoq; in paruitate ſua debilia quidem, ſed ad
omnem profectus ſpem apprimè neceſſaria, num meminiſſe poteſt
quiſquam ita ſibi tradita, ut in his nihil ordinis, nihil conuenientiæ ap
pareret? Quòd ſi minimarũ rerum ſine arte & methodo, hoc eſt, per-
ſpicuè dextreq; tradendi ſcientia, doctrina nulla eſt: quid cenſemus
de ijs quæ magnitudine & dignitate ita conſpicuæ ſunt, ut admirabi
lium illorum ingenij atq; induſtriæ operum grandiores effectiones,
ceu moles quædam his innixæ ſuſtineantur, complectentes decus &
emolumenta humanæ uitę? Has'ne igitur temerè, in nulla directione
uoluntatis, nullo certi conatus propoſito tradi: & in uanitate quadã
intolerabili audaciſsimè à quolibet tractari uel corrũpi potius opor
tere exiſtimandum? An autem cenſemus ſtatuariorum tantummo-
dò, pictorumq;, & eorum qui artes factitãt leuiores, prę clara opera,
omni perfectionis elegantia abſoluta, ad laudem & approbationem
hominum compoſita eſſe: quæ autem literarum monumentis conſi-
gnantur, quæq; diuturno ſtudio operæ & diligentiæ elaborata legi
uolumus: neminem illorum qui uitam laboribus ingenij anxiam at-
que ſollicitam degunt, probari à peritis & intelligentibus cupere? Illi
uerò eo magis ſua à pluribus cognoſci expetunt, quo certiores quàm
opifices, ſequuntur rationes: & opera ſua ita elaborare cõſueuerunt,
ut & ad poſteritatem fructuoſiora, & ad perpetuitatẽ diuturniora, &
ad memoriam ſtabiliora ſint. Quo demonſtrato, ſi præceptione om-
nino, in minimis etiam, nedum maximis opus eſt: ubi ea reperietur,
aut quomodo inſtituetur, cum ab hoc docendi diſcendiq; genere,

quod partiẽdo diuidendoq́ꝫ totum conſtat,diſceſſeris.In quo quidẽ
illa quaſi plenitas & luculentia cogitationũ partitione diſtributa, ge
nerib. diſtincta, formis notata, deniq́ꝫ ſerie certa cõprehẽſa,ab initijs
doctrinæ progreditur: deinde, legitima quadã uia quaſi per gradus
deducta, ad fines & metas certas,ubi inſiſtere cogitationẽ neceſſe ſit,
contendit.Nam in cõfuſione ordinis, quæ obſcuritatẽ parit,implica
tur intelligẽtia,& imperitiorũ pręſertim captus facile adhęreſcit: con
trà in perſpicua & aperta & diſtincta explicatiõe cùm prõptior, tum
lucidior eſt cuiuslibet doctrinæ decurſus. Atq́ꝫ hoc eſt,quod apud
Platonem Socrates ait, ſeſe eam quam ceu in articulis & modis uſur-
pare cognouerit diuiſionem ſequi κατόπισθε μετ' ἴχνια, ὥστε θεοῖο.Fit
enim in concinna luculenter cogitatorum diſtributione,oratio non
modò ad intelligendum clarior, ſed etiam in copia & multitudine di
ſpoſitarum rerum uberior, & in ueritate iucundior. Quorum nihil
certè reperitur in eo ſermone, qui ad nullum reſpectum conueniẽtiæ
compoſitus eſt,in quo nulla accuratæ meditationis & certæ directio
nis perſpicitur cura atq́ꝫ induſtria.Quapropter mandare quenquam
aliquid literis, quod nulla artificioſæ diſtinctionis attentione com-
mendetur,hominis eſt intemperanter abutentis & ocio & literis. E-
tenim à diſsipatis maleq́ꝫ cohærentibus ſcriptis,detruncatis & muti-
lis,reſilit non modò aſſenſio, quæ eſſe nulla poteſt in præpoſtera ſcri
ptoris & obſcura diligentia: uerùm etiam delectatio, quæ animad-
uerſam à lectore curam compoſitionis ſequi debebat. Atqui uete
rum, interq́ꝫ hos M. T. Ciceronis (quo nihil fieri potuit ſublimius &
conſummatius in omni humanę ſapientię ſplendore)diuinã quandã
cogitandi & inueniendi uim: tum aptè,diſtinctè, ornateq́ꝫ cogita-
tiones ſuas deſcribendi,acerrimum ſtudium fuiſſe conſtat. De hu-
ius igitur monumentis,quæ ad nos quoq́ꝫ peruenerunt,tres de Offi-
cijs libros (quos omnes qui ad conſequendam bonitatis & ſapientię
laudem toto pectore feruntur,deceret

Nocturna uerſare manu,uerſare diurna)

mihi explicandos ſumſi, eo quidem propoſito ,ut & inuentionis in
his copiam,& cogitationum grauitatem,& compoſitionis curam, &
rerum ordinẽ, concinnitatẽ,elegantiã, & argumentorũ ac probatio-
num uim,deniq́ꝫ totum opus artificioſiſsimè ab autore conſtructũ,e-
go quaſi diſſolutũ,& partibus ac mẽbris ſuis diſtributũ: deniq́ꝫ tabel-
lis, diſpoſitione quoad eius fieri potuit aperta & perſpicua delineatũ
oculis diſcipulorum ſubijcerem. Meis quidem certè auditoribus non
attuliſſe nihil iſtiuſmodi σχηματισμοὺς animaduerti,cùm ad intelligen
dum & recordandum, tum etiam ad iudicandum, de præcipuis do-
ctrinæ quæ his libris incluſa continetur, partibus ac locis Has igi-
tur tabellas, Ampliſsimè Reuerendiſsimeq́ꝫ Præſul, hortatu amico-
rum,quorum ego nec beneuolentiam erga me ignorare,nec autorita
tem aſper-

tem aſpernari debeo, in lucem emittere, atq; illuſtris Clementiæ tuæ Amplitudini inſcribere uolui. Ac, etſi mihi in mentē ueniebat ſubuereri, ne quid minus fortè in ea parte ſapienter à me prouiſum, à te accuſaretur: tamen & ſollicito timori meo ueniam dabit Amplitudo tua: & quòd inter innumerabiles acerbitates, quibus te triſticia horū temporum afficit, de hoc etiā labore meo ſtatuendi & iudicādi moleſtia tibi adiūgitur, id ut in eam partem, qua à me factum eſt, hoc eſt declarādæ pro tuis & magnitudine & numero ſummis beneficijs, memoriæ grati animi cauſſa acciperes, à te non ſanè uulgari, nec uſitato, ſed quodam planè accurato dicēdi genere petere debebā. Sed quoniā ille tam excelſo & illuſtri loco poſitus Amplitudinis tuæ candor, id fieri non patitur: in eam prorſus ſpem erigor, hoc quicquid eſt, quod mihi flagitandū fuit, impetraturū à te, uenerationis in te meæ cultum tibi non ignotum, cuius cauſſa operā meam, qualis illa cunq; eſt, autoritate patrocinij tui munitiorē fore, perq; te maximè defenſam, & omni humanitate tua comprehenſam mihi perſuadeo: ita tamen, ut in errore ab Amplitudine tua reprehēdar, & in ignoratione erudiar. Quæ res quidem ipſa, ad animi mei fructum atq; lætitiā tanta futura eſt, ut maximas eo nomine Amplitudini tuæ gratias habiturus ſim, omnibusq; animi articulis ac ſenſibus conniſurus, ut nihil eorum in me remiſsius factum illuſtri Clementiæ tuę uideri poſsit, quæ uel memoria grati animi in prædicatione meritorum tuorum, uel officioſa ſedulitas in demiſsione, uel deniq; perpetuę uenerationis eximius cultus in obſeruantia efficere queat. Quæ quidem ipſa, quàm diu huius me uſuram lucis propitius Deus capere paſsus fuerit, ne mihi ex animo effluant, opera quidem certè à me dabitur, eaq; optima atq; perpetua. Feliciter ualeat illuſtris Clementia tua. Cizę, Calendis Iulij: Anno ſalutiferi partus in terris filij Dei, M. D. LX.

Amplitudinis & illuſtris Clementiæ tuæ
ſtudioſiſsimus,
Ioannes Riuius, Atthendorienſis filius.

LAZARVS BONAMICVS.

Haec iuuenis Marci diuina uolumina Tulli,
Voluebam aſsidua nocte dieq; manu,
Lazarus, ingenti & dulci inflammatus amore
Eloquij, cuius lumine cuncta nitent:
Cui parent hominum mentes, irataq; cedunt
Pectora: quòd fama tollit ad aſtra uiros.
Salue animi uis Suada, tuisq; illabere pennis,
Terrarum tecum per ſola nosq; feras.

PHILIPPVS MELANchthon.

Exiguum uobis Tulli propono libellum,
Delicias uoluit quem pueri eſſe pater.
Præmia uirtutis demonſtrat, neſcia mortis,
Et uocat ad uerum Tullius ipſe decus.
Eloquioq; rudem linguam bonus inſtruit auctor,
Quò patriam, ciues quò tueare tuos.

FRANCISCVS VINAcienſis.

Tulli nos hodie optimum libellum,
Qui pectus tenerum, rudemq; linguam,
Diuina expolit arte, prælegemus.
Virtutis tibi monſtrat eminentem
Arcem Tullius, atq; firmiorem
Portum, quem feriant noti procaces,
Eurique Boreæq; ſæuientes
Fruſtra, quiq; minas nihil moretur
Fortuna, & placidam tibi quietem,
Et mentem pariat ſereniorem.

ADAMVS SIBERVS.

Quæ ſit honeſtatis ratio, morumq; bonorum,
Quonam ſit uirtus uera paranda modo:
Vt dum nil facias contra laudemq; decusq;,
Vita ſit officijs irreprehenſa ſuis:
Hæc Tulli tradunt diuina uolumina: lingua
Quîs nullum Latiæ ſanctius extat opus.

GEORGIVS FABRICIVS.

Scire cupis pulchrum, cum laude uel utile quid ſit,
Quæq; alijs bona ſint anteferenda bonis:
Qua ratione colas uitam uirtutibus omnem,
Et magno acquiras nomina digna uiro:

Tullius eloquio, patriaq́ illuſtris amore,
Monſtrat quam carpas abſq́ labore uiam.
Cui quicunq́ ſuas attente accommodat aures,
In ſtudijs ſummo perget honore ſuis.

IACOBI HERTELII CVRIENSIS IN doctiſsimas D. Ioannis Riuij Tabulas μελύδριον.

Εἰ πανταχοῦ τὰ κρείττω
τιμητέ'· εἰ παλαιὰ
πολλοῖσι τοῖς χρόνοισι
προφέρουσι τέρψιν ἡδυώ'
μία ῥητόρων ὧν αὐχή,
μόρος οὐδὲ μὴν ἁπάσης
σοφίας ποτ' οὐ λέληθεν,
μέχρι τοῦδε σοῦ ΚΑΘΗ͂ΚΟΝ
χερὸς εἰκότως Ἀθήνας
πεφίληκεν αἰδίεσθαι,
σεβέειν μαθεῖν τε θεῖον.
τούτου γὰρ οὐδέν ἐστιν
ἢ ἄμεινον, ἢ δὲ κρεῖττον;
ἀρετῶν ἢ ὄμμα μεῖζον.
λόγιος πόνος ἄϋπνος
Ῥίβιος δ' ὃ νῦν πίναξι
βραχίστοισι ζωγραφήσας,
ἀκριβῶς καλοῖο πάντα
τὰ μέρη τρόπου διδάσκει·
ἐφ' οὗ αὐτοῦ διοίσει
ἀνθρωπίνη τί ζωὴ
τῶν θηρίων βίοιο;
πολὺ οὖν ὄνειαρ οἴσει
νεότητι, γήρατί τε,
βασιλεῖ καὶ ἰδιώτῃ,
φρονέουσιν, ἀμαθέσι,
πενιχροῖς, καὶ εὐπόροισι.
ὦ νῦν τὸ δόγμα γνῶναι
πόθος ἐστὶ Κικέρωνος
περὶ σεμνότητος ἤθων.
μέγα χρησίμοις φιληδῇ
Ῥιβίου πόνοις σοφοῖο.

αὐτοσχεδιαστί. 6. Id. Octob.
1560. Baſileæ.

TABVLÆ, SEV ΣΧΗ-
ΜΑΤΙΣΜΟΙ TRIVM M. T. CICERONIS
LIBRORVM DE OFFICIIS.

TABVLA PRIMA, IN QVA EST GENERALIS διαίρεσις partium procœmij, primi de Officijs libri.

PROOEMIA Ciceronis, eùm elaboratione diſertæ orationis, & eruditi ſermonis, tùm cõſiliorum ipſius perelegante expoſitione, conſtare, atque adeò ocioſiore plerunq; & quietiore animo à Cicerone eſſe elaborata, nõ ſolùm per ſeſe cognoſcere uolentibus apparet, ſed etiam ex eo loco planum fit, qui in XVI. Epiſtolarum ad Atticum extat: in quo demonſtrat, ſibi uolumen eſſe Procœmiorum, unde eligere ſoleret, ſi quod σύγγραμμα inſtituiſſet. Hoc autem primi de Officijs procœmium, docendi cauſa, in duas potiſſimũ diuidi partes poſſe uidetur. Ex his igitur

- Prior in genere eſt παραινετικὸ καὶ προθεραπευτικὸ: ſed diſtingui utiliter poteſt in tria capita, quorum
  - Primum
    - Partim προκαταληπτικὸν: præoccupat enim tacitè obiectionem filij Cicero, oſtẽdendo cur ad eum, uiuentem Athenis, urbe celeberrima, eruditiſſimis hominibus, liberaliſſimisq; ſtudijs affluente ſcribat.
    - Partim παραινετικὸν: cohortatur enim filium, ad coniungenda Latina cum Græcis.
  - Alterum κεφάλαιον tria continet, quorũ
    - Vnum eſt προτρεπτικὸν, dum iubet ſtrenuè ſtudere filium.
    - Alterum προθεραπευτικὸν, in quo de duobus ſibi cauet:
      - Vno, cur ipſe Academicus recentior, præter morem ſectæ, certa traderet præcepta de officijs.
      - Altero, cur ϛωικὰ mitteret ad filium Peripateticum.
    - Poſtremò, etſi κατὰ συγχώρησιν iudicium filio permittit, de his rebus quas hoc opere tractaret: tamen demonſtrat, quare peculiariter ſua ſcripta legi à filio, & cur minimè arroganter in hac parte quicquam à ſe dictum uideri uellet.
  - Tertium
    - Partim eſt παραθαῤῥυντικὸν: extimulat enim filium ad diligentem philoſophicorum librorum lectionem: quæ pars firmatur cauſis, ut poſtea demonſtrabitur.
    - Partim συγκριτικὸν καὶ ἀντιθετικὸν: conſtat enim collatione Græcorũ: ex quibus præter Phalereum Demetrium, nemo ferè utroque in genere, hoc eſt philoſophico & oratorio, elaboraſſet.
- Poſterior pars ſimiliter trium capitum eſt:
  - Primum eſt ἐκθετικὸν τοῦ λογισμοῦ: exponit enim conſilium, quod in ſcribendo ſecutus ſit.
  - Alterum eſt ἐπιτιμητικὸν: increpat enim cùm Epicureos, tum his ſimiles, qui exquirendo finem ſummi boni, officium omne peruerterent.
  - Tertium καταϛατικὸν: dupliciter enim proponit.
    - Primùm, quibus Philoſophis peculiariter liceat præcepta de officijs tradere: Stoicis ſcilicet, Academicis, & Peripateticis.
    - Deinde, quod genus Philoſophorum in his libris ſecuturus ſit: Stoicos uidelicet.

TABVLA II. DE PRIMO CAPITE, PRIORIS IN HOC Procœmio partis, cuius initium: Quanquam te M. fili, &c.

PRIMVM caput huius Procœmij, artificioſè conſtructum eſt. nam

- *πρότασις, prior pars periodi*
  - **Partim** *eſt προκαταληπτικὸν. præoccupat enim obiectionem filij pater, cur Latinè de iis ſcribat, quæ Athenis Græcè audiret.*
  - **Partim** *περιστατικὸν, καὶ αἰτιολογικὸν, dum admonet filiū, quantū interea proceßiſſe debuerit, dū domo abfuit. Hæc particula cōſtat circumſtantijs:*
    - **Temporis;** *χρόνου.*
    - **Perſonæ,** *προσώπου.*
    - **Loci,** *τόπου.*
    - *Quæ quidē tria tractat*
      - **Primùm** *coniunctim:*
        - *Tu annum audiuiſti Cratippum, idq́; Athenis.*
        - *Ergo te abundare oportet præceptis, inſtitutisq́; philoſophiæ.*
      - **Deinde,** *tribus his adiungit συναίτιον, ſcilicet autoritatem*
        - *Doctoris,*
        - *Et loci, ſeu urbis.*
      - **Tum** *ſeparatim cōmendat*
        - **Perſonam,** *à peritia literarum:*
          - *Cratippus poteſt te augere ſcientia:*
          - *Ergo abūdare debes præceptis philoſophiæ.*
        - **Locum,** *ab occaſione hauriendæ prudentiæ:*
          - *Athenæ te poſſunt augere exemplis:*
          - *Ergo prudentia te abundare oportet.*
- *Ἀπόδοσις, poſterior pars periodi, quæ eſt παραινετικὸν, habet κατάστασιν, propoſitionem: Cenſeo tibi deſudandum in utraq; lingua. Hæc utrinque eſt ἐνθυμηματικὸν: id eſt, ratione munita.*
  - **Prior,** *ducta ab autoritate paterni exempli, eſtq́; παραδειγματικὸν ἐνθύμημα.*
    - *Λῆμμα: Ego, ad meam utilitatem ſemper Græcis Latina coniunxi. Huius probatio eſt διμφὶε. Feci enim hoc*
      - *Non modò in philoſophia:*
      - *Sed etiam in dicendi exercitatione.*
    - *Ανϑλύθησις, complexio: Ergo idem tibi, ad quem imitatio induſtriæ meæ pertinet, eſt faciendum.*
  - **Poſterior,** *ἀπὸ τῶν αἰτιατῶν, ab ijs quæ conſecutura eſſent hāc induſtriam & imitationem filij:*
    - *Tu certè optas & ſtudes par fieri, in utriuſque orationis facultate.*
    - *Ergo tibi coniungenda ſunt Latina cum Græcis.*

TABVLA III. SECVNDI CAPITIS, PRIORIS IN HOC Prooemio partis: Quamobrem diſces tu quidem, &c.

- ¶ Alterum *primæ partis caput*
  - Primùm *eſt προτρεπτικόν: nam filium iubet ſtrenuè & diligenter diſcere. Hæc autem pars tractatur*
    - i. Permiſsione, *συγχώρησιν: Diſces, quàm diu uoles.*
    - ii. Sed *quomodo eam permiſsionem accipi uelit, ſtatum declarat, hoc modo:*
      - Qui *diſcit, ita diſcat, ut ne eum pœniteat profectus:*
      - Tu *diſcis:*
      - Ergo *diſces, quoad te, quãtum proficias, non pœniteat.*
  - Deinde *uerò eſt προθεραπευτικόν, dum ſibi cauet, ne leuitatis & incogitantiæ conuinceretur. Poterant enim duo ei obijci:*
    - Primùm, *quòd præter morem ſectæ (erat enim recentior Academicus Cicero) traderet ἀκατάληπτα, id eſt, quæ percipi poſſent: quamuis de hoc luculenter diſſeruit in Procœmio libri ſecundi de Officijs.*
    - Deinde, *quòd ad filium, qui Peripatetico Cratippo operam daret, ipſe Stoica præcepta & diſputationes Stoicas mitteret. Oſtendit autem utrunq;, hoc eſt, & ſeſe, & filium, Socraticũ & Platonicum fore: hoc dicens, Stoicorum familiam à Socrate ortam, quam ipſe hoc opere ſecuturus eſſet, filium quoq; Peripateticum, probare debere: præſertim cum Stoicorum, ſiue à Zenone, ſiue à Socrate orta diſciplina, & Peripateticorũ à Platone (etſi caput & fons omnium Philoſophicorum gregum Socrates extitit) parum diſsideret: quòd Stoici ſolam uirtutem, Platonici & Peripatetici maximè eam dicerent propter ſe expetendam.*
  - Poſtremò
    - Et *indicat de propria oratione, cauſam adferens, cur peculiariter patris ſcripta Cicero F. legere debeat: ἀπὸ τῶν αἰτιατῶν ductam, ab illis quæ conſecutura eſſent crebram & diligentem horum lectionem.*
      - *Tu, mi fili, orationem efficies legendis noſtris pleniorem:*
      - *Ergo ſtudioſe leges mea ſcripta.*
    - Et *προκαταλαμβάνω, remouendo crimen arrogantiæ: quòd dixerat, ſuis legendis, filium Latinæ linguæ perfectionem adeptu rum. Atq; eam προκατάληψιν perficit διαίρεσιν, diſtinctiõe:*
      - Primùm *quidem, τῶν ἐν τῇ φιλοσοφίᾳ πραγμάτων γνῶσιν, ſeu (ut ipſe dicit) philoſophandi ſcientia, quam ſeſe κατὰ συγχώρησιν concedere multis ait.*
      - Deinde *uerò, demõſtrando τὰ τοῦ λόγου ἴδια, propria Oratorum, quorum ſunt tria: Dicere*
        - Aptè, *quod eſt ἁρμόζειν, ad inuentionem accõmodatè.*
        - Diſtinctè, *quod eſt τάξιν & συνθήκην.*
        - Ornateq;, *quod eſt ἐξεργασίας.*
          - *Atq; hæc tria peculiariter ſua eſſe cõfirmat ἐνθυμήματι συμπεπερασμένῳ, ἐκ τῶν προγεγονότων:*
            - *Ego in oratorio ſtudio ætatem conſumpſi:*
            - *Ergo peritiã dicendi uideor meo iure quodammodo uẽdicare.*

TABVLA IIII. TERTII CAPITIS, PRIORIS IN HOC Proœmio partis: Quamobrem magnopere te hortor,&c.

¶ Tertium primæ partis caput

- Partim eſt παραθαῤῥυντικόν, in quo ad philoſophicorum lectionem librorum, ſtudioſè filium incitare conatur. Atq; hic duo conſideranda ſunt:
  - Primùm, κατάστασις διμερής, gemina ſeu duarum partiũ propoſitio:
    - I. Hortor te, ut non ſolùm legas orationes meas:
    - II. Sed etiam hos de philoſophia libros. Atque hæc poſterior propoſitio firmatur cauſa:
      - Philoſophici libri ferè ſe æquarunt orationibus:
      - Ergo non contemnendi.
  - Deinde διάκρισις, diſtinctio, qua oſtendit quid interſit inter Orationes, & hos de Philoſophia libros: ſeu inter utrunque genus, ῥητορικὴν καὶ φιλοσοφικήν, oratorium & philoſophicum. Nam
    - In orationibus maior eſt δεινότης, grauitas, & uis dicendi.
    - In Philoſophicis libris, genus dicendi æquabile & temperatum, μέσον καὶ ἀνθηρόν, plenum amœnitate.
- Partim habet προσωπικὴν σύγκρισιν, comparationẽ Græcorum inter ſeſe, ex quibus
  - Vnus Demetrius Phalereus, utroque in genere dicendi, philoſophico & oratorio, deſudauit.
  - Cæteri, ſi noluiſſent utroque in genere elaborare, ornatè id facere potuiſſent. Quo ex numero, duo paria adducit:
    - Vnum, quo confert
      - Platonem, qui ſi genus forenſe dicendi tractare uoluiſſet, grauiſſimè facere potuiſſet:
      - Et Demoſthenem, oratorem, qui in Philoſophia etiam, ſi uoluiſſet, non mediocre quiddam conſequi potuiſſet.
    - Alterum, quo confert
      - Ariſtotelem, qui deſerta Oratoria, ad Philoſophiã ſe totum contuliſſet:
      - Et Iſocratem, qui contrà à Philoſophia ad Oratoriam animum appuliſſet.

TABVLA V. PRIMI CAPITIS, POSTERIORIS IN HOC Procœmio partis: Sed cùm ſtatuiſſem aliquid hoc tempore ad te ſcribere,&c.

Primvm *caput ſecundæ partis in hoc Procœmio,*

- Partim *habet* ἔνδειξιν λογισμοῦ, *expoſitionem conſilij, & quid in ſcribendo ſecutus eſſet: in qua expoſitione eſt* σκέψις περιστατικὴ τῶν προσώπων, *conſideratio reſpectus perſonarū*
  - Patris, *qui nulla de re potius, ut in* Epiſtola *quadam ad Atticum ait, quàm de Officijs, ad filium ſcribere deberet. Nam* προσφωνῶ σοι *(inquit) Ciceroni: qua de re enim potius pater filio?*
  - Filij, *cui conducere arbitraretur, talibus aures ipſius uocibus undiq; circumſonare: nec eas ſi fieri poſſet, quicquam aliud audire.*
- Partim συστατικὴ *eſt. Commēdat enim philoſophiā dupliciter omninò:*
  - Primùm *in genere, quòd multa ſint in Philoſophia, grauia & utilia, accuratè copioſeq; à Philoſophis diſputata.*
  - Deinde *ad ſpeciem genus reducit. Etſi enim tres iſtæ quaſi ciuitatis philoſophicæ tribus, accuratè monumentis literarum conſtitutæ & illuſtratæ ſunt: tamen* ἐν τῷ ἠθικῷ, *locus* περὶ καθήκοντος *eſt copioſiſſimus. Hanc quaſi nouam* κατάστασιν *ſeu propoſitionem amplificat*
    - Partim *noua* συστάσει, *ſeu commendatione doctrinæ huius, quā petit à partibus uitæ, ſeu* πεντάσει βίου, τετραχῶς *hoc modo:*
      - Neque *publicis, neque priuatis:*
      - Nec *forenſibus, nec domeſticis:*
      - Neque *ſi tecū agas quid, neq; ſi cum altero cō trahas:*
      - (*Cura & cuſtodia officij abeſſe poteſt.*)
    - Partim *elegante & ſummatim omnem honeſtatem & turpitudinem uitæ comprehendente ſententia, quæ uideri poßit* ἀνταγόμενον κατ' ἀντίφωνημα, ὃ γνωμικὸν ἀντίφωνημα, *ex partibus contrarijs conſtans: cuius generis ſunt omnes ſententiæ, in quibus ſemel multa dicuntur. qualis hæc quoque: In* OFFICIO *excolendo ſita uitæ eſt honeſtas omnis, & in negligendo turpitudo.*

TABVLA VI. SECVNDI CAPITIS, POSTERIORIS IN HOC Prooemio partis: Sed ſunt nonnullæ diſciplinæ,&c.

¶ In ſecundo poſterioris partis capite, perſtringit Annicerios & Cyrenaicos philoſophos, & poſt hos Epicurum, qui omnes (ut traditum eſt in tertio de Officijs) ſtatuerunt, ſummum bonum non eſſe poſitum in honeſtate, non in uirtute, non in officio, ſed in uoluptate: in cuius regnum ita introducere uirtutem conati ſunt, ut non hanc quidem repudiādam dicerent: ſed ideo laudandā, quia efficiens eſſet uoluptatis. Eiuſmodi autem genus hominum, niſi interdū naturæ præſcriptū, & mentis iudicium in conſilium adhibeat, ac rationem legitimè præcipiētem audierit, non poſſe colere (ait Cicero) potiſſimas uirtutes, cuiuſmodi ſunt quas recenſet:

- I. **Amicitia,** *quæ quidem nullius cōmodi cauſa expetenda eſt à uiris bonis. Cuius rei hæc ſunt argumenta.*
  - **Primum,**
    - *Quod cauſa eſt rei, id ſublatum, tollet eam rem:*
    - *Vtilitas, ſecundum Epicurum, eſt cauſa amicitiæ:*
    - *Vtilitas ergo ſublata, tollet amicitiam.*
  - Probatio minoris.
  - **Alterum,**
    - *Qui nihil propter ſe expetit, is utilitate cuncta metitur:*
    - *Epicurus nihil propter ſe expetit:*
    - *Epicurus ergo cuncta metitur ſuis commodis & utilitate.*
  - **Tertium,**
    - *Qui uoluptatem ſummum bonum ſtatuit, eum cuncta neceſſe eſt metiri ſuis commodis:*
    - *Epicurus autem uoluptatem ſummum bonum ſtatuit.*
    - *Epicurus ergo cuncta metitur ſuis commodis.*
  - **Quartum,**
    - *Nulla imperfecta actio, eſt cauſa amicitiæ:*
    - *Voluptas, eſt imperfecta actio:*
    - *Voluptas ergo, non eſt cauſa amicitiæ.*
  - **Quintum,**
    - *Quod caducum eſt, non poteſt conſtantis amicitiæ cauſa eſſe:*
    - *Vtilitas & emolumenta, ſunt caduca:*
    - *Vtilitas ergo, & emolumenta, non ſunt cauſa amicitiæ.*
- II. **Iuſticia,** *quæ quidem uirtus non modò ſuum cuiq; tribuit, ſed etiam quibus poteſt proſpicit. Hanc colere nequit Epicurus.*
  - *Qui ſibi tantùm proſpicit, & ſuis tantùm commodis metitur cuncta, is nihil alijs tribuit:*
  - *Epicurus metitur ſuis commodis omnia:*
  - *Ergo Epicurus nihil alijs tribuit, & per conſequens iuſtus non eſt.*
- III. **Liberalitas,** *cuius ſimilis eſt conſideratio. Nam quoniam ſui tantùm ſtudioſus eſt Epicurus, hanc colere uirtutem nequit, quæ in ſubleuandis aliorum caſibus conſiſtit.*
- IIII. **Fortitudo,** *ea eſt, dolorū laborumq; cōtentio. Ab hac alienus eſt Epicurus, quod ita doceri poteſt:*
  - **Primū,**
    - *N. Fortis dolorem ſummū malū iudicat:*
    - *Epicurus dolorem ſummū malū iudicat:*
    - *Epicurus igitur non eſt fortis.*
    - *Cui definitio adimitur, eidem & definitum detrahitur.*
  - **Deinde,**
    - *O. Voluptuarius dolorem, ſummum malum iudicat.*
    - *O. Epicureus eſt uoluptuarius.*
    - *O. Igitur Epicureus dolorem, ſummum malum ſtatuit.*
- V. **Temperantia,** *quæ uirtus conſiſtit in omnium quæ fiunt, quæq; dicuntur, ordine & modo. Sed hanc quoq; non colit Epicurus, ob hanc cauſam:*
  - *N. Temperans, uoluptatem ſummum bonum ſtatuit:*
  - *O. Epicureus uoluptatem ſummum bonum ſtatuit:*
  - *N. Igitur Epicureus eſt temperās.*

TABVLA VII. TERTII CAPITIS, POSTERIORIS IN hoc Procemio partis: Neq; ulla officij præcepta firma, ſtabilia, &c.

¶ In tertio capite, ſecūdæ partis, tria agit potiſsimū:

- **Primū** *oſtendit, qui nam præcipuè Philoſophi, præcepta de Officijs tradere queant: ij uidelicet,*
  - **Qui** *aut ſolam uirtutem propter ſe expetendā ſtatuunt: quorum ex numero* STOICI *fuerunt.*
  - **Aut** *qui maximè uirtutem & honeſtatem, ſed non ſolam expetendam dicerent: ut* PERIPATETICI & ACADEMICI VETERES.
- **Deinde** *demonſtrat, qui ab hac diſcipliña & præceptione penitus ſint remouendi. Notat autem Ariſtonem, Pyrrhonem & Herillū, qui delectu boni & mali, ſanitatis & morbi, omniumq́; adeò rerum ſublato, hominem ex homine tollerent, qua ratione naturam conuelli totam neceſſe fuit. Hos igitur de Officijs non poſſe præcipere, ita demonſtrari poteſt:*
  - **Primū,**
    - *Qui rerum delectum tollunt, officia uitæ colere non poſſunt.*
    - *Ariſto, Pyrrho, Herillus, delectum rerum tollunt:*
    - *Ergo Ariſto, Pyrrho, & ſimiles, officia uitæ colere non poſſunt.*
  - Probatio maioris.
  - **Deinde,**
    - *Omne officium, eſt actio cum uirtute coniuncta:*
    - *Tollere delectum rerum, non eſt cum uirtute coniunctum:*
    - *Tollere ergo delectum rerum, non eſt ſecundum officium.*
  - Probatio minoris primi ſyllogiſmi.
  - **Tertiò,**
    - *Qui inter ualere & ægrotare, inter eſurire & ueſci, nihil intereſſe ſtatuunt, tollunt delectum rerum:*
    - *Ariſto, Pyrrho, & ſimiles, inter hæc nihil intereſſe ſtatuunt:*
    - *Ergo Ariſto, Pyrrho, & ſimiles, tollunt delectum rerum.*
  - Probatio, delectum retinendum eſſe.
  - **Quartò,**
    - *Quæ natura & ratio diſtinguit, eorum habendus eſt delectus:*
    - *Actiones bonorum & malarum rerum diſtinguit natura:*
    - *Ergo in ijs tenendus eſt delectus.*
- **Poſtremò,** *ante diſputationem doctrinæ de Officijs, oſtendit*
  - **Partim** *quos ſequi uelit, Stoicos nimirum:*
    - **Primùm,** *quia horum neruoſior quodammodo eſt, de honeſtis uitæ actionibus, oratio.*
    - **Deinde,** *in una uirtute ponunt ſummum bonum: cætera, quæ ſecundum naturam ſunt (ut Cicero hoc δόγμα interpretatur, in tertio de Officijs) ita iubent legere, Si ea uirtuti non repugnent.*
  - **Partim** *quomodo eoſdem ſequi uelit. non enim ſe uelle interpretem doctrinæ horum eſſe demonſtrat: ſed correctione quadam adhibita, de arbitrio uoluntatis ſuæ, ex illorum fontibus hauſturum.*

TABVLA VIII. DE DEFINITIONE ET DIVISIONE Officij. Placet igitur, quoniam, &c.

- *N*VNC *ipſam de Officijs promiſſam & deſignatā diſputationē ordi tur, á definitione potiſſimùm: quam quidem de propoſita, ex Græcorum ſententia, diuiſione* διαιρετικῷ *aptè colligit. Duo autem agit:*
  - Primùm *enim demonſtrat,*
    - Partim, *quo ingreſſu uſurus ſit, ad peragendam diſputationem de Officijs: ſignificans, ſe antè definiturum illud.*
    - Partim *uerò,*
      - Cùm *Panætium reprehendit, quæ tamen* πλαγία ἐπιτίμησις *eſt: ait enim, mirum ſibi uideri, hoc à Panætio prætermiſſum eſſe. Hunc autem Panætium ſeſe alibi ait correctione quadam adhibita ſequi. Is igitur quamuis accuratiſſimè de Officijs diſputaſſet: tamen & hic definitionem officij prætermiſit, & paulo pòſt diuiſionis legem uiolauit.*
      - Tùm *elegans & ad omnem doctrinam ſeu methodum, neceſſarium* παράγγελμα διδασκαλικὸν *tradit, quod alibi in Platonis Phædro Epicurum quoque probaſſe dicit: ut omnium diſputationum initia à definitione procederent.*
  - Deinde, *ut planum fieret, de quibus officijs diſputaturus eſſet hiſce libris, diuidendum ei fuit Officium. Eamq; diuiſionem duplicem facit:*
    - Vnam *cognitionis,* θεωρητικῶς, *quorum officiorum exquiſitio tota pēdet ex animi cura & cogitatione. Eiusq; ſunt duæ ſpecies:*
      - Vna, *officium pertinens* πρὸς τέλος, *ad finem ſummi boni: id eſt, ad exquirendum quid ſit, quod Natura ut primum & ultimum appetit atque requirit, in rebus expetendis, & uniuerſa uita.*
      - Altera, *officium in præceptis* καταλήψει *poſitum, cùm animus & mens ſeſe ad contuitum eorum conuertunt, quibus laudabiliter inſtrui & conformari uita queat.*
    - Alteram *ad definitiones officij colligendas inducit, quamuis eius planè ſint eædē formæ, quæ ſuperioris. Tamen duplex eſt officiū:*
      - Κατόρθωμα, *id eſt rectum, nihil aliud eſt, quàm perfectum officium, quod omneis numeros habet, nec præter ſapientem cadere in quenquam poteſt.*
      - Καθῆκον μέσον, *medium officium, eſt eiuſmodi actio, cuius probabilis ratio reddi poteſt: atque de eo his libris diſputat, quia in communem hominum bonitatem & captum cadit.*

TABVLA IX. DE TRIPARTITA CONSILII CAPIENDI deliberatione. Triplex eſt igitur, ut Panætio uidetur, &c.

POST definitionem mediorũ officiorũ, de quibus his libris diſputaturus eſt: tradit nunc primarios fines & metas, ſeu ſcopos, ad quos uniuerſæ uitæ conſultationes reſpiciunt, & dirigi ſolent. Sunt autem hic potiſſimum tres loci:

- **Primus**, *de Panætij ſententia, quem, quia accuratiſſimè de Officijs diſputaſſet, correctione quadam adhibita, multum ſeſe in his libris ſequi, non interpretari, Cicero in ſecundo & tertio de Officijs demonſtrat. De huius igitur ſententia proponit duos præcipuos ſcopos deliberationum, adiungens pugnam horum inter ſeſe, ut fiat triplex cõſilij capiendi deliberatio. Sunt igitur ſcopi,*
  - **Vnus**: HONESTVM'NE *factu ſit, an* TVRPE, *id quod in deliberationem cadit.*
  - **Alter**: VTILE'NE, *an* INVTILE, *id de quo de conſilium capitur,*
    - *Non modò deliberandi,*
    - *Sed etiam ijs quos charos habeat, tueri'q; debeat.*
  - **Tertius**, *non ille quidem reuera ſcopus eſt, ſed pugna potius honeſti & utilis, quæ dubios animi, inter ancipites deliberationes, reddere homines conſueuit.*
- **Alter**: *Panætius reprehenditur, quòd ad triplicem deliberandi rationem reduxerit uniuerſas conſultationes. Omiſiſſe enim duas illum demonſtrat, unde quinquepartitam conſilij capiendi inſtitutionem fieri ſecundũ Ciceronem neceſſe eſt, hoc modo:*
  - **Prima** *deliberatio:* HONESTVM'NE, *an* TVRPE *ſit.*
  - **Altera**: VTILE, *an* INVTILE *ſit, quod ſuſcipitur.*
  - **Tertia**: *cùm pugnare uidentur inter ſeſe* HONESTVM & VTILE.
  - **Quarta**: EX DVOBVS HONESTIS, *utrum* HONESTIVS.
  - **Quinta**: EX DVOBVS VTILIBVS, *utrum* VTILIVS.
- **Tertius**: *Hac partitione deliberationum peracta, Cicero, quo ordine eaſdem his libris proſecuturus ſit, exponit. Atq; hoc loco continentur* περιοχαὶ *trium de Officijs librorũ:*
  - **Primi**, *in quo ſeſe ait tractaturum de* HONESTO, *& comparatione duorum honeſtorum.*
  - **Secundi**, *in quo pari ratione, id eſt dupliciter, de* VTILI, *& comparatione duorum utilium præcipit.*
  - **Tertij**, *in quo comparationem* HONESTI & VTILIS *exequitur, docens quid facto opus ſit, ſi quando cum eo quod Honeſtum intelligimus, pugnare id uidebitur quod appellamus Vtile.*

TABVLA X. DE DISCRIMINE HOMINIS ET BELVÆ, & omnium uirtutum naturalibus quaſi elementis. Principiò omni generi animantium, &c.

ANTEquã ad deſignatam de HONESTO diſputationẽ accedat, utitur hoc quaſi ingreſſu et aditu. Demonſtrat autẽ, eius ipſius Honeſti (de quo, hoc primo libro ſeſe tradi turũ, extrema Tabula nona dixerat) eius igitur initia, et ſemina, ac ſcintillulas (ut alibi appellat) ac ſimulacra quædam maximarũ uirtutũ, naturaliter nobis inſita eſſe: ut hoc quoque non in poſtremis duci debeat, cur inſtrui et cõformari animus et uita humana ad decus honeſtatẽq; debeat: quòd ad eadem illa quæ recta, quę iuſta, quæ moderata, quæ magnifica ſunt, duce natura trahimur: tãtum abeſt, ut ad ludũ et iocũ generati & facti uideamur. Loci huius capitis ſunt duo præcipui:

- **Vnus** *συγκρίσεως, comparationis beluæ & hominis, quæ quidem comparatio*
  - **Primùm** *eſt τῶν ἴσων, rerũ parium, quibus non magis homo quàm beluæ ſtuderent: ut ſunt*
    - Amor *ſui.*
    - Defenſio *ſui.*
    - Inquiſitio *paſtus.*
    - Coniunctionis *appetitus.*
    - Cura *eorum quæ procreata ſunt.*
    - → *Hæc igitur utrique, & beluæ & homini, pariter inſunt. Omne enim animal, ſimulatq; natum eſt, ſe ſuasq; parteis omneis amplectitur & fouet, omnisq; natura uult eſſe conſeruatrix ſui.*
  - **Deinde** *τῶν ἀνίσων ἢ διαφέρων, differentium rerum, quibus longiſsimè inter ſeſe diſtarent*
    - **Belua,** *quæ*
      - *Tantùm ad id quod adeſt, quodq; præſens eſt, ſeſe accommodat.*
      - *Non ſentit præterita aut futura.*
    - **Homo** *autem,*
      - *Rationis eſt particeps.*
      - *Cernit conſequentia.*
      - *Videt cauſas rerum.*
      - *Non ignorat etiam*
        - *Progreſſus.*
        - *Anteceſsiones.*
      - *Comparat ſimilitudines.*
      - *Adiungit eas rebus præſentibus.*
      - *Videt denique totius uitæ curſum.*
- **Alter** *id oſtendit, quod huius capitis maximè proprium eſt: naturaliter nobis omnium uirtutum ſimulacra ſubminiſtrari. Huius rurſus duæ partes ſunt:*
  - **Vna,** *in qua*
    - **Primùm,** *quarum uirtutum ſimulacra proximè & ſecundum orationem nobiſcum nata ſint, edocet. Inſita ſunt autem nobis*
      - *Λόγος, orationis & ſermonis mutui commercium.*
      - *Δικαιοσύνη, iuſticia, quæ ſola ſocietatem hominum continet & conſeruat.*
      - *Στοργὴ φυσικὴ, amor naturalis, erga coniugem & liberos.*
      - *Ἐλευθεριότης, liberalitas & beneficentia.*
      - *Φρόνησις, prudentia, & cupiditas cognoſcendi aliquid.*
      - *Μεγαλοψυχία, magnanimitas in contentione laborum & periculorum.*
      - *Τὸ πρέπον, de quo præclarè & præcipiuntur multa, & res eſt cognitione digniſsima. dicitur autem Decorum, in dictis factisq;.*
    - **Deinde** *tenendum, ea quæ ab his uirtutibus præſcribuntur, Græcos appellare κοινὰς ἐννοίας, καὶ προλήψεις, eiuſmodi res quæ ſine doctore & magiſtro intelliguntur: ut, Bene meritis gratiam referendam, Non eſſe uim inferendam proprio corpori, Coniugem & liberos amandos, &c.*
  - **Altera** *complectitur τέλος, ſcopum, quò illa naturalis bonitas dirigatur. Docet enim, hunc contuitum pulchritudinis, & omnibus numeris abſolutæ excellentiæ, à ratione ad animi curam & cogitationẽ cõuerti: quo magis homo laboret, ne quid uel dicto, uel facto, uel cogitato, contrarium harmoniæ internæ committat.*

TABVLA XI. DE QVATVOR PARTIBVS HONESTI, carumq; diſcrimine. Sed omne quod honeſtum eſt, &c.

Nvnc ingreditur præclariſſimam de Honeſtate diſputationem, & doctrinam, Cicero. Omnino autem quatuor ſeu fontes, ſeu locos, ſeu partes (nihil enim nunc quidem refert) officij & honeſti proponit: quas ad partes, totius de honeſto præceptionis & doctrinæ curſum dirigit, in iiſq; conſumit. Duo ſunt autem hic præcipui loci:

- Vnus *διαιρέσεως ἢ μερισμοῦ, diuiſionis ſeu diſtributionis honeſti, in quatuor partes: quas nō ipſas quidē nominatim, ſed elegantiſſimis luculentiſſimisq; περιφράσει exprimit. Quapropter ex partib.* HONESTI,
  - *Prima eſt, quæ in ueri perſpicientia ſolertiaque uerſatur:* → PRVDENTIA, *φρόνησις.*
  - Altera, *quæ in hominum ſocietate tuenda, tribuendo quod ſuum eſt cuique, & rerum contractarum fide:* → IVSTICIA, *δικαιοσύνη.*
  - Tertia, *in animi excelſi atque inuicti magnitudine ac robore:* → FORTITVDO, *μεγαλοψυχία.*
  - Quarta, *in omnium quæ fiūt, quæq; dicuntur, ordine ac modo: in quo eſt* → TEMPERANTIA, *σωφροσύνη.*
- Alter locus
  - Partim *ἀντάλληλον habet eius quod obiici poſſit, planè has uirtutes eiuſdem eſſe naturæ: ſed oſtendit tamen, muneribus & certis officijs diſtinctas. quamuis de communi philoſophorum ſententia, uirtutes omnes ita inter ſeſe nexu quodam iugatæ, quaſiq; hamis conſertæ ſunt, ut unam qui habeat, eum cæteras habere neceſſe ſit. Vnam autem ſi amiſeris, etſi amitti uirtus non poteſt: ſed ſi unam confeſſus fueris te non habere, nullam te eſſe habiturum.*
  - Partim *διωρισμένον habet, ſeu διάκρισιν, diſtinctorum in his quatuor partibus numerū. Sunt enim uirtutes hæ quatuor*
    - Aut *cognitionis, θεωρήσεως, ut Prudentia: cuius quaſi materia quam tractet, & in qua uerſetur, ſubiecta eſt Veritas.*
    - Aut *actionis, πράξεως: ut reliquæ tres uirtutes, quibus ſocietas & uita hominum continetur,*
      - IVSTICIA,
      - FORTITVDO,
      - TEMPERANTIA.

TABVLA XII. DE PRVDENTIA, PRIMA PARTE honeſti. Ex quatuor autem locis, in quos, &c.

Iam ſeparatim de ſingulis honeſti partibus, ac primùm omniũ de Prudentia, agere inſtituit. Atque huius tabellæ tres ſunt loci:

- **Vnus,** *τοῦ διορισμοῦ, diſtinctæ prudentiæ à cæteris uirtutibus, in eo quòd hæc una omnium maximè naturam attingit humanam. Quod quidem in pueris etiam cernitur, de quibus eſt elegantißimus locus in quinto de Finibus, quem adſcribere eſt uiſum: Videmus (inquit) ut pueri ne uerberibus quidem, à contemplandis perquirendisq́; rebus deterreantur: ut pulſi requirant, & aliquid ſe ſcire gaudeant: ut alijs narrare geſtiant: ut pompa, ludis, atque eiuſmodi ſpectaculis teneantur: ob eamq́; rem uel famem, uel ſitum perferant.*
- **Alter,** *διδακτικῶς præceptorum, quæ in prudentia & cognitione ueri tenenda eſſent. Atque is locus:*
  - **Partim** *τῶν φευκτῶν eſt, rerum in hoc genere naturali & honeſto, ſeu in cupiditate inquirendi ueri, fugiendarum. Ac de his duo ſunt præcepta:*
    - **Vnum:** *Ne incognita pro cognitis habeamus, hisq́; temerè aſſentiamur.*
    - **Alterum:** *Ne nimis magnum ſtudium, multamq́; operam in res obſcuras atque difficiles conferamus, eaſdemq́; non neceſſarias.*
  - **Partim** *τῶν αἱρετῶν, quòd in rebus honeſtis & cognitione dignis, opera curaq́; poſita, iurè laudanda ſit: cuiuſmodi ſunt,*
    - ASTROLOGIA: *in qua Sulpitium Gallum ſtudioſißimè uerſatum, etiam in Catone Maiore demonſtrat.*
    - GEOMETRIA: *cuius perſtudioſum fuiſſe Sext. Pompeium ait, de quo etiam in Bruto meminit.*
    - DIALECTICA: *in qua ſeſe plures, & Brutum in primis, exercuiſſe, ſcribit in catalogo de Claris Oratoribus.*
    - IVS CIVILE: *cuius cognitionem ſummopere in Seruio Sulpitio & alijs celebrat, in catalogo de Clar. Orat.*
- **Tertius** *νουθετικῶς, duarum potißimum ſubiectionum. Præcipit enim*
  - **Primùm,** *ne quis amore & cupiditate cognitionis deſerat Rempublicam, patriam: proximum etiam, ſi ei profuturus ſit. Quæ cauſa eſt, cur in comparatione duorum honeſtorum, officia iuſtitiæ longè præponat officijs cognitionis & prudentiæ. Etenim* VIRTVTIS LAVS IN ACTIONE *conſiſtit: ut ait grauißima γνώμη, huic parti annexa.*
  - **Deinde** *concludit doctrinam, de primo Officij fonte, præclarißimo & perpetuò ob oculos ponendo præcepto: Omnem cogitationem, motumq́; animi, aut in conſilijs capiendis de rebus honeſtis, & ad benè beateq́; uiuendum pertinentibus, aut in ſtudijs ſcientiæ cognitionisq́; uerſari debere.*

TABVLA XIII. IN QVA EST ἘΝΔΕΙΞΙΣ GENERALIS, Methodi earum rerum, quæ prima parte iuſticiæ à Cicerone traduntur.

- **Iuſticiæ partes omnino duæ ſunt:**
  - **Vna,** *Iuſticia quæ generis appellatione ita dicitur: eamq; duplicem facit,*
    - *Πολιτικὴν, ciuilem, in qua quidem*
      - **Primùm** *ea ſpectat, quibus peculiariter hæc uirtus conſtatur & conſtituitur, μέθοδον διαλεκτικὴν, conſiderando uidelicet*
        - **Quid** *ſit, in quo eſt elegans περίφρασις συγκριτικὴ iuſticiæ. quæ hanc uirtutem admodum commendat.*
        - **Qualis** *ſit, & quanta, oſtendendo illam in omnes uitæ partes latiſſimè manare.*
        - **Quæ** *officia & munera illius ſint.*
        - **Quæ** *his cognata & affinia, ſeu συνεπόμενα: & quid à quolibet in hac parte natura poſtulet.*
        - **Quod** *iuſticiæ fundamentum, cui innitatur.*
        - **Quæ** *contraria, ſeu de duobus iniuſticiæ generibus.*
      - **Deinde,** *ea quæ extrinſecus ad conſiderationem iuſticiæ confluerent: ut*
        - **De** *fide interdum non ſeruanda, neq; ſtandum eſſe conuentis, nec facienda promiſſa, conſideratis περιστάσεσι temporum, perſonarum, et ſimilium.*
        - **De** *ſententiis & uerbis περὶ διανοίας καὶ ῥητοῦ: ubi non tam quid dictum ſit, quàm quo animo, ponderandum.*
    - *Πολεμικὴν, officiorum bellicorum, quæ quidem ipſa nec fidei, nec iuſticiæ expertia eſſe queunt.*
  - **Altera.** *Beneficentia & Liberalitas: de qua & ipſa poſt confectas & abſolutas Tabellas primæ partis, peculiares Σχηματισμοὶ proponentur.*

TABVLA XIIII. DE IVSTICIA, ALTERA PARTE HONESTI, & eius ſundamento. De tribus autem reliquis, &c.

- Accedit *ergo nunc ad alterum honeſti fontem aperiẽdum, præcipiẽs de iuſticia. Duo ſunt autem hic loci:*
  - Vnus, *in quo tria potiſſimum agit:*
    - Primò, *περιφραστικῶς deſcriptam in genere iuſticiam, longiſsimè diſcernit à reliquis uirtutibus, dum ait latiſsimè illam patere. Ac ſtatim diuidit*
      - In iuſticiam *ſpecialem, in qua*
        - Primùm, *uirtutis ſplendor eſt maximus.*
        - Deinde, *ex hac uiri boni nominantur.*
      - In beneficentiam *ac liberalitatem.*
    - Deinde, *eius eſſe duo docet munera:*
      - Vnum, *ne cui quis noceat, niſi laceßitus iniuria.*
      - Alterum,
        - *Vt communibus utatur pro communibus.*
        - *Priuatis autem, ut ſuis. Atque hic deſcribit priuata*
          - *Quòd non ſint ulla, naturâ.*
          - Sed potius
            - *Veteri occupatione,*
            - *Aut uictoria,*
            - *Aut lege,*
            - *Aut pactione,*
            - *Aut conditione,*
            - *Aut ſorte. ex quo ait fieri, ut*
              - *Ager Arpinas, Arpinatum dicatur: Tuſculanus, Tuſculanorum.*
    - Poſtremò *admonet, quid ab unoquoq; in hac parte natura requirat. idq; oſtendit elegantiſſimo Platonis, ad Architam Tarentinum loco. Videndum enim,*
      - Vnum, *ut communes utilitates in medium adferamus. quod quidem potiſsimum fit*
        - *Mutatione officiorum:*
        - *Dando,*
        - *Accipiendo.*
      - Alterum, *ut deuinciamus hominum inter homines ſocietatem*
        - *Artibus,*
        - *Opera,*
        - *Facultatibus.*
  - Alter, *quo fundamẽtum Iuſticiæ, cui illa inſiſtit & innititur, demonſtrat: FIDEM uidelicet. Duoq; hic agit:*
    - Primùm *definit Ciuilem ſeu Politicam Fidem*
      - *Eſt autem FIDES, dictorum conuentorumq; conſtantia & ueritas.*
    - Deinde *ἔτυμον Fidei ſecundũ Stoicos exquirit: eamq; credi uult dictam, quia fiat quod dictum eſt.*

TABVLA XV. DE DVOBVS GENERIBVS INIVSTICIÆ:
Sed iniuſticiæ duo genera ſunt,&c.

- Poſt explicationẽ eorum quæ ad iuſticiæ uim, partes et propria peculiariter attinerent, ad cõtraria iuſticiæ deſcenditae diſſerit de iuſtieia. Quã quidem totam diſputationem in duos locos rectè diſtribuere licet. Ex his
  - Vnus,
    - Partim eſt μερικῶς: uam à diſtributione orditur, oſtendendo duo eſſe genera iniuſticiæ,
      - Vnum, eorũ qui inferunt iniuriam.
      - Alterum, eorum qui ab his quib. infertur, ſi poſſunt, nõ propulſant illã.
      - Tum ἐπανάληψει utriuſq; partis, ſingillatim de utroq; diſſerit.
        - De priore ita: Qui iniuſtè impetũ in quẽpiam facit, aut ira, aut aliqua perturbatione incitatus, is quaſi manus uiolenter uidetur afferre ſocio.
        - De poſteriore hoc modo: Qui
          - Non defendit,
          - Nec obſiſtit, ſi poteſt, iniuriæ, tam eſt in uicio, quàm ſi deſerat
            - Parentes,
            - Amicos,
            - Patriam.
    - Deinde, reuertitur ad primũ genus, & explicatius diſſerit de cauſis, ob quas homines hominibus iniuriam inferũt. Eæ ſunt,
      - Prima, φόβος, metus: cùm is qui alteri nocere cogitat, timet, ne niſi id fecerit, ipſe aliquo afficiatur modo.
      - Altera, πλεονεξία, Auaricia, & ſtudium diuitiarũ, quæ quidem expetuntur
        - Vel ad uſus uitæ neceſſarios.
        - Vel ad gratificandi facultatem.
        - Vel ad magnificos apparatus, cum elegantia & copia,
          - Huic parti annectit κτῆσιν αὐξητικήν: rei familiaris amplificationem, quæ nemini noceat, uituperari non debere.
      - Tertia, φιλοτιμία, ambitio, & honoris ac gloriæ cupiditas: cuius malũ amplificat
        - Partim μαρτυρίῳ, teſtimonio & autoritate uerſus Enniani: Nullam ſanctam fidem, nec ſocietatem eſſe regni.
        - Partim ſua ἐξηγήσει, expoſitione, qua illuſtratur uerſiculus.
        - Partim deniq; παραδείγματι, exemplo C. Iulij Cæſaris. Atque huic parti appingit duo ſub finem:
          - Primùm, ὀδυρμὸν: Conqueritur enim, quàm moleſtum ſit, quòd omnes μεγαλόψυχοι ſint plerunq; φιλότιμοι.
          - Deinde ὑποτάξει, ſubiectione uili, de uitanda ambitione, concludit.
  - Alter πάρεργον quoddam eſt, hoc eſt appendix & corollarium proximi ſuperioris. Diſtinguit enim breuiter & preſſè huius primi generis Iniuſticiæ iniurias, ποιότητι, qualitate. Multũ enim intereſt
    - Vtrum ἀκουσίως, uel perturbatione aliqua animi, inferatur iniuria. Etenim ea
      - Plerunque breuis eſt:
      - Et ad tempus durat.
    - An uerò ἑκουσίως, conſultò & cogitatò. Huic parti addit διάκρισιν, diſcrimen iniuriarum. Etenim leuiora ſunt ea
      - Quæ repentino aliquo motu accidunt:
      - Quàm quæ meditata & præparata inferuntur.

TABVLA XVI. DE PRÆTERMISSÆ DEFENSIONIS cauſis, uel de altero genere iniuſticiæ. Prætermittendæ autem defenſionis, &c.

DISSERIT *nunc de cauſis ſecũdi generis iniuſticiæ, cur prætermittatur defenſio: et cur ſæpenumero, ij qui defendendi erant, deſerantur. Duo autem agit hoc loco:*

- **Primùm** *cauſas enarrat prætermiſſæ defenſionis. Homines etenim*
  - **Aut** *nolunt ſuſcipere*
    - *Inimicitias,*
    - *Laborem,*
    - *Sumptus.*
  - **Aut** *impediuntur*
    - **Vel ſuis ſtudijs:** *ut Philoſophi, quos non ideò iuſtos prædicandos aſſerit, quòd perpetuò dediti ſint cognitioni. Quod ita probat:*
      - **Primùm,**
        - *Qui incurrit in aliquod genus iniuſticiæ, is in uicio eſt:*
        - *Aliqui philoſophi incurrunt in quoddam iniuſticiæ genus, quòd ſcilicet deſertos homines eſſe patiuntur:*
        - *Ergo aliqui philoſophi in uicio ſunt.*
      - Probatio minoris.
      - **Deinde,**
        - *Qui uitæ ſocietatẽ deſerunt, nihil ad eam commodi conferentes, profectò in reprehenſionem incurrunt:*
        - *Philoſophi quidam deſerunt uitæ ſocietatem:*
        - *Ergo profectò in reprehenſionem incurrunt.*
    - **Vel occupationibus:**
    - **Vel odio quodam hominum:**
      - *Atque hi quoq; malè facere conuincuntur, ob ſimiles cauſas:*
        - **Primùm,** *quia deſerunt uitæ ſocietatem.*
        - **Deinde,** *quia nihil ad proximi commoda operæ opiſq; conferunt.*
- **Deinde** *concludit uniuerſa illa quæ tradiderat, cùm de duobus generibus iniuſticiæ, tum de ipſamet iuſticia. Tota autem ſumma præceptorum*
  - **Primùm** *habet* σκοπὸν καὶ τέλος, *quem ad finem ea omnia, quæ de iuſticia & iniuſticia diſſeruerat, referri debeant. Non enim ſatis eſt, cognouiſſe iſtiuſmodi præcepta, niſi eadem facto & uita explicemus. quod Ariſtoteles ait,* τὸ τέλος ἐστὶν οὐ γνῶσις, ἀλλὰ πρᾶξις.
  - **Deinde** *præceptum* [illegible] *ſequitur. Nam quoniam in uicium ducit culpæ fuga, ſi caret arte: & quia omnem operam ac ſtudium proximo deferendum, & uitæ ſocietatem omni cultu officij ornandam ſæpe dixerat: rectè id tamen & ordine fieri uult. Ideoq;* πλαγίως *obliquè notat* πολυπράγμονας, *qui omnium ſeſe rebus ultrò ingerunt, moleſta nimis & odioſa importunitate.*
  - **Poſtremò** κατ' ἐπίκρισιν *approbat præceptũ, quo uetaretur quicquam agi, quòd dubitares æquum an iniquum eſſet. Nam* τὸ δίκαιον *ipſum per ſe lucet. In ipſa autem dubitatione facinus ineſt, etiamſi ad id homo ſceleroſus non perueniat.*

TABVLA XVII. DE NON FACIENDIS PROMISSIS, PRO reſpectu περιστάσεων. Sed incidunt ſæpe tempora,&c.

- TRANSFERT *diſputationem Cicero,ad uarias conſiderationes* περιστάσεων, *id eſt, circũſtantiarũ,quas diligentius etiam in tertio libro excuſsit: ſignificans, multa quæ natura uidentur eſſe honeſta, temporibus fieri non honeſta. Quare nunc quoque,de non ſeruanda interdum fide docet. Ac duo hoc capite agit:*
  - Primùm, *ponit fundamentum & ἀρχήν, quam ſeſe è ſuperioribus* παραγγέλμασι *repetere ait,ad quæ non modò in omni cultu iuſticiæ,uerùm etiam in hac de non ſeruandis promiſsis diſputatione peculiariter reſpiciendum ſit:*
    - Vnum, *præceptum eſt,ne cui quis noceat.*
    - Alterum, *ut communi utilitati ſeruiatur.*
  - Deinde *cauſas enumerat, cur ſæpe non ſit ſtandũ conuentis:*
    - Vel, *cùm effici aliquid inutile ſit*
      - *Cùm ei, cui promiſſum eſt.*
      - *Tùm ei, qui promiſerit.*
      - *Atque id Tragica fabula de Theſeo & Neptuno illuſtrat.*
    - Vel, *ſi maius damnum anteferas minori: quod exemplo docet*
      - *Vt ſi quis filij ſubitò periculoſè ægrotantis curam, poſtpoſuerit dictioni teſtimonij,in cauſa neceſſarij ſui.*
    - Vel, *cùm promiſeris quippiam*
      - Aut *coactus metu:*
      - Aut *deceptus dolo: iiſq́; promiſsis liberari dicit homines, deciſionibus*
        - *Iuris pretorij:*
        - *Legum.*

TABVLA XVIII. DE MALICIOSA IVRIS INTERPRETATIONE. Exiſtunt etiam ſæpe iniuriæ, &c.

Quemadmodum *ſepe contra iuſticiã promiſſa fiunt, ita nunc quoq; callida & maliciosa interpretatione dictorum, eiuſdẽ uirtutis fines trãſiri docet: ut διὰ κακίας homines & cõſultò diuerticula improbitatis & effugia calliditatis conquirant, ad obducendum colorem & ſpeciem facto ſuo. Atque hæc eſt illa malicia, quæ ſeſe uideri uult, ut alibi diſſeruit Cicero, prudentiam. Duo ſunt autem huius doctrinæ loci:*

- Vnus, *rurſus bipartitus, in quo*
  - Primùm *quidem noua* [illegible] *proponit, peculiare quoddam genus eſſe iniuriæ,*
    - *è calumnijs ortum:*
    - *& maliciosa iuris interpretatione.*
  - Deinde, *iſtiuſmodi perfidiæ & ſceleratæ calliditatis duo commemorat exempla:*
    - Prius *eſt eius, qui cùm triginta dierum cum hoſte pactæ forent induciæ, noctu populabatur agros: quòd dierum eſſent pactæ, non noctium induciæ. Xenophon huiuſmodi factum de Tiſſapherne refert, in libello de laudibus Ageſilai.*
    - Poſterius *eſt, de Q. Fabio Labeone, quem arbitrum Nolanis & Neapolitanis, de finibus agrorum, ſenatus Romanus dediſſet.*
- Alter *habet* ὑποθήκας *quædam, de moderandis animaduerſionibus, erga eos à quibus læſus ſis. Ac*
  - Primùm κατάστασις *eſt, Propoſitio admonitionis, ſeu* ὑπόθεσις. *Sunt quædam officia, etiam aduerſus eos ſeruanda, à quibus iniuriam acceperis.*
  - Deinde μέτρον, *modum ultionis oſtendit, & quouſque progredi debeat uindictæ cupiditas. Satis enim ei qui læſus eſt, ſit,*
    - Eum *qui laceſſierit, iniuriæ ſuæ pœnitere.*
    - Cæteros *uerò exemplo alterius cõmotos, ad iniuriam tardiores eſſe.*

TABVLA XIX. DE IVSTICIA BELLICA, ET OFFICIIS bellicis. Atque in Republica etiam maximè, &c.

Accedit *nunc ad alterã iuſticiæ ſpecialis partem, hoc eſt ad* πολεμικὸν: *docetq́; de Officijs bellicis. Propoſitis autem duobus generibus decertãdi, dirigit ad poſterius, uniuerſam huius capitis diſputationem. Duo ſunt igitur genera decertãdi:*

- Vnum δικανικὸν, *quod diſceptatione forenſi conſtat, de quo hoc loco uerba non fiunt.*
- Alterum *βίαιον, uiolentum, proprium beluarum, quod bello exercetur: de quo peculiariter nunc diſſerit. Duæ ſunt autem loci huius partes. Duabus enim de cauſis bellũ geritur:*
  - Aut *ut ſine iniuria, in pace uiuatur, ac tum quidẽ*
    - Primùm, *quid parta uictoria agendum ſit, docet:*
      - Cum *deuictis,*
        - Vel *non immanibus: ut fuerunt* — Tuſculani, Equi, Volſci, Sabini, Hernici, — *Quos in ciuitatẽ etiã Romani acceperũt, à ſeſe deuictos.*
        - Vel *crudelibus: ut fuerunt* — Carthago, Numantia, Corinthus, — *Quæ fuerunt funditùs euerſæ.*
      - Cum *his qui armis poſitis ſeſe dediderunt:* — In quo *tantopere apud Romanos iuſticia culta eſt, ut qui ciuitates aut nationes deuictas bello, in fidem recepiſſent, earum patroni eſſent more maiorum.*
    - Deinde, *quãta æquitate bella geſſerunt Romani, demonſtrat*
      - Partim *mentione facta fecialis iuris, quod ita ait perſcriptũ eſſe, ut intelligi poßit, nullum bellum iuſtum eſſe, niſi quod*
        - Aut *rebus repetitis geratur.*
        - Aut *denũciatũ antè ſit, & indictum.*
      - Partim *Romanorum,*
        - Cùm *exemplis & facto: ut Catonis Cenſorij, qui filium amiſſo priore militiæ ſacramento, iterum obſtringi uellet, quo iuſtius pugnare poſſet cum hoſtibus.*
        - Tum *oratione & uerbis, quòd perduellem, id eſt legitimum hoſtem, ipſi tantummodo peregrinum dicerent: quo nihil mitius fieri poſſet. Quod quidem probat duabus, ſumptis è XII Tabularum libello formulis:*
          - Vna, *aut ſtatus dies cum hoſte:*
          - Altera, *aduerſus hoſtem æterna autoritas.*
  - Aut *de imperio amplificando, & proferendis finibus decertatur, ut tantùm bello quæratur gloria: de qua re ſequente* σχηματισμῷ.

TABVLA XX. QVÆ TENENDA SINT CVM DE IMPERIO decertatur, & continet πολεμικὰ παραγγέλματα. Cùm uerò de imperio decertatur, &c.

- In hac parte. in qua certamen laudis eſt, & gloriæ atque uirtutis, propterea quod omnino de imperio decertatur, tres ſunt loci:
  - Vnus διαιρετικὸς, in quo oſtendit, eiuſmodi bella non gerenda eſſe nimis acerbè: idq́; diſtinctione cauſarum belli planum facit. Nam
    - Quemadmodum cum ciue
      - Aliter cõtendimus, ſi eſt inimicus: tum enim dimicamus de capite & fortunis, hoc eſt, uter ſuperſtes ſit.
      - Aliter, ſi eſt competitor, & de honore tantùm agitur, & gloria nominis ac famæ: quæ quidem dimicatio non eſt capitalis.
    - Ita bellum geſtum eſt
      - Aliter cum { Celtiberis & Cymbris, } Vter eſſet, non uter imperaret: hoc eſt, de capite & fortunis.
      - Aliter etiam cum
        - Latinis,
        - Sabinis,
        - Samnitibus,
        - Pœnis,
        - Pyrrho. atq; hac occaſione diſcrimẽ hoſtium facit
          - Quoſdam uituperando, ut { Pœnos fœdifragos, Hannibalem crudelem.
          - Quoſdam laudando, ut { Pyrrhum, cuius regalis & magnifica uox, Ennianis uerſib. à Cicerone refertur.
  - Alter παραδειγματικὸς locus eſt, quo docet, fidem quibuſcunq; temporibus datam, hoſti eſſe ſeruandam. Atque huius generis duplicia exempla proponit:
    - Quædam ἐπαινετά: ut M. Attilij Reguli factum, qui ad ſupplicium redire maluit, quàm fidem hoſti datam fallere.
    - Quædam ψεκτικά, eaq;
      - Partim Pœnorũ,
        - Primùm illorum decem, qui iurati ad Hannibalem miſsi, non ſunt reuerſi: quos omnes, quòd peieraſſent, Cenſores in ærarijs reliquêre.
        - Deinde illius qui latebram periurio quæſiſſet, cùm egreſſus permiſſu Hannibalis è caſtris, paulò poſt rediſſet, quòd ſe neſcio quid oblitum diceret: atq; ita reditu in caſtra iureiurando ſe ſolutum putaret.
      - Partim perfugæ, qui temporibus Epirotici belli, clam ad Fabricium Coſ. uenerat, promittens, ſi ei precium ſtatueretur, ſeſe regem ueneno necaturum. Hunc Fabricius ad regem reducendum curauit: idq́; eius factum ab ſenatu comprobatum eſt.
  - Tertius
    - Partim νουθετικὸς, idq́; tripliciter:
      - Primùm, iubet etiam aduerſus infimos ſeruare iuſticiam.
      - Deinde, quæ ſit conditio infimorum, & quos in hoc numero haberi uelit, { Seruos uidelicet.
      - Poſtremò, quomodo his utendum ſit: ut mercenarijs ſcilicet, ad operam exigendam.
    - Partim μεγένος: diſtribuit enim origines iniuriæ
      - { Cùm in uim, Tum in fraudem. } Eaq́; duo diſtinguit, ut { Fraus, uulpeculæ, Vis, leonis } uideatur. His adiungit παράγγελμα μερικὸν: Nihil eſſe peius ijs, qui ſimulatione bonitatis, quàm maximè lædunt.

TABVLA XXI. DE ALTERA PARTE IVSTICIÆ, beneficentia & liberalitate, ac peculiariter de collocatione beneficij.
Huius loci initium eſt: Deinceps ut erat propoſitum, &c.

- NVNC ad alteram iuſtitiæ partẽ, hoc eſt, ad beneficẽtiam & liberalitatem pertractandam accedit. Atque hæc quidẽ præcipuè conſtat
  - Vel collocatione beneficij:
    - Aut noſtri in alios, cuius tres ſunt cautiones potiſſimũ:
      - Vna, ne obſit benignitas iſs, quibus benignè uidebitur fieri. Atq; hic duo ſpectanda ſunt, uel potius uitanda:
        - Primùm, ne aſſentatores magis quàm benefici uideamur, ſi gratificemur hominibus, in iſs quæ obeſſe queant.
        - Deinde, ne alijs noceamus, ut in alios liberales ſimus: quod faciunt iſ, qui eripiunt alijs, quod alijs largiantur.
      - Altera, ne benignitas maior ſit, quàm facultates. Nam in eo triplex incommodum eſt:
        - Vnum, quòd plerique iniurioſi ſint in proximos, dum benigniores eſſe uolunt, quàm res patitur.
        - Alterum, quòd in tali liberalitate ineſt cupiditas plerunque rapiendi & auferendi per iniuriam, ut ad largiendum ſuppetant copiæ.
        - Tertium, quòd plerique oſtentatione magis, quàm uoluntate, benefici exiſtant.
      - Tertia cautio eſt, ut in dando beneficio ſit delectus dignitatis, in qua ſpectare iubet
        - Mores eius cui beneficiũ datur:
        - Animũ erga nos:
        - Communitatem & ſocietatem uitæ:
        - Officia nobis antè collata.
        - Atq; poſt has explicatas cautiones
          - Primùm quidem [illegible] remonet illam [illegible] Stoicam, dum ait: in delectu dignitatis, nunquam tamen reperiri perfectos, planeq; ſapientes.
          - Deinde oſtendit, duo potiſſimũ in moribus conſideranda:
            - Neminem omnino negligendũ, in quo aliqua uirtutis ſignificatio appareat.
            - Colẽdũ ita quenq; maximè, ut quiſque his fuerit uirtutibus ornatus
              - Modeſtia:
              - Temperantia:
              - Iuſticia.
    - Aut aliorum in nos. Quo in genere duo ſpectanda:
      - Vnum, ut ei plurimum tribuamus, à quo plurimũ diligimur.
      - Alterum, ut illam dilectionẽ grauitate metiamur.
  - Vel relatione gratiæ pro accepto beneficio: de qua re agitur ſequente [illegible].

TABVLA XXII. DE ALTERO GENERE LIBERALITATIS, quod pertinet ad referendam gratiam. Sin erunt merita, &c.

- **Digreditur ad alterũ genus Liberalitatis, quod eſt referẽdæ gratiæ, et reddendi beneficij. Sunt autẽ duo huius generis loci. Ex his**
  - **Primus** continet peculiaria huius generis ſecundi παραγγέλματα. Atq; is quoque bipartitus eſt:
    - **Partim** enim omnino probat, benemeritis gratiam referendã. Eſtq; hoc loco,
      - **Cùm** κατάστασιν, propoſitio capitis: in reddendo merito, maiorem quandam curam adhibendam.
      - **Tum** probatio, ducta
        - **Primùm** à minore ad maius, ſed dupliciter:
          - **Vno** modo ſic:
            - **Si ea** quæ utenda accipis, maiore menſura, ſi potes, reddenda ſunt:
            - **Ergo** multo uberius, acceptum gratis beneficium reponendum erit.
          - **Altero** modo ita:
            - **Si in eos**, quos ſperamus nobis profuturos, benefici ſumus:
            - **Ergo** multo propenſiores nos eſſe conuenit in ijs demerendis, qui iam profuerunt.
        - **Tum** à natura poſterioris generis huius, reddendi ſcilicet beneficij, ſic colligit:
          - **Quod** ſine iniuria prætermittere non poteſt uir bonus, id omnino ei præſtandum eſt, ſi citra incommodum cuiuſquam fiat:
          - **Acceptum** beneficium non poteſt citra iniuriam prætermittere uir bonus, quin rependat:
          - **Ergo** tenetur referre gratiam.
    - **Partim uerò**, quæ peculiariter in reddendo beneficio ſint ſpectanda, docet:
      - **Primùm**, maximo cuique, & optimè de nobis meritò, plurimùm debetur gratiæ.
      - **Deinde** ponderandũ ait, quo quiſq; fuerit erga nos
        - **Animo,**
        - **Studio,**
        - **Beneuolentia,**
        - Sæpe enim multi faciunt multa
          - **Temeritate,**
          - **Sine iudicio,**
          - **Vel** morbo,
          - **Vel** impetu repentino:
          - Quæ beneficia æquè magna habẽda nõ ſunt.
  - **Alter** locus huius capitis
    - **Primùm** quidem commune complectitur præceptum, obſeruandum utroque in genere liberalitatis
      - **Tam** in dando beneficio,
      - **Quàm** in referenda gratia:
      - Vt quiſq; maximè opis indigeat, ita potiſſimùm opitulemur.
    - **Deinde** huius præcepti ἐναντιωματικὴν ſeu aduerſatiuam ponit, ſignificans à multo maxima parte hominum illud negligi: & ita comparatum eſſe, ut à quo plurimum ſperent, etiamſi his ille non eget, tamen ei potiſſimùm inſeruiant.

TABVLA XXIII. DE IIS QVIBVS MAXIMÈ HOMINES coniunguntur. Optimè autem ſocietas hominum, &c.

Quo promptius *& expeditius in quolibet foret bene merendi de alijs ſtudium, digreditur ad ortum & principia eius ſiue ſtudij, ſiue conciliationis hominum inter ipſos, demonſtrando ut & libentius & ſæpius benefici eſſe uellemus: præſertim cùm eius rei Naturã ducem & præceptricem habeamus, quæ quidem nos ad ſocietatem quãdam communem finxit ac formauit. Cuius hic ſocietatis fontes & uincula aperit, communiores illos quidem, quibus inter ſeſe uniuerſi & ſinguli homines deuinciũtur. Eſt igitur*

- Primus *officij & coniunctionis humanæ ortus*
  - Partim *rationis & intelligentiæ, eius diuinioris ſcilicet partis, qua ſapimus.*
  - Partim *ſermonis & orationis, quæ quidem*
    - Docendo,
    - Diſcendo,
    - Communicando,
    - Diſceptando,
    - Iudicando,
      - Primùm *quidem conciliat inter ſeſe homines:*
      - Deinde, *coniũgit naturali quadam ſocietate. unde oriuntur*
        - Iuſticia,
        - Æquitas,
        - Bonitas.
        - *Quibus rebus longißimè ab ſumus à natura ferarum.*
- Alter, *ortus cõiunctionis humanæ, è quo perſpicitur, natos eſſe nos ad cõmunem conſociationem. Is igitur eſt omnium rerũ, quas ad communem uſum hominũ natura genuit. In tali igitur cõmunitate tria ſpectanda:*
  - Vnum, *ut quæ deſcripta ſunt legibus & iure ciuili, hæc ita teneantur, quomodo conſtitutum eſt.*
  - Alterum, *ut ex iis quæ conſtituta ſunt, quæq; generis ſunt eiuſdem, amicorum ſint omnia communia.*
  - Tertium, *ut quicquid ſine detrimento poßit commodari, id tribuatur cuiq;, uel ignoto. qualia ſunt,*
    - Non *prohibere aquã profluẽtem.*
    - Pati *ab igne ignem capere:*
    - Cõſilium *fidele deliberanti dare.*
    - His *addit præceptum, quo hanc doctrinam concludit: de mediocritate cõſeruanda.*
      - Παράγγελμα μεσότητος*, quæ eſt inter nimium & parum:*
      - Quoniam *paruæ ſunt ſingulorum copiæ, eorum autem qui his egeant infinita eſt multitudo, uulgarem liberalitatem ad Ennianorũ uerſuum præſcriptum & finem referendam eſſe: ut dum alijs proſimus, nobis non noceamus: & facultas ſit, qua in noſtros ſemper poßimus eſſe liberales.*

TABVLA XXIIII. DE INTERIORIBVS CONSOCIATIONIS humanæ uinculis. Gradus autem plures ſunt ſocietatis hominum, &c.

- Antea *cõmuniores ſocietatis naturalis initia et fontes aperuerat: ſed nunc interiora etiam illa uincula, quibus homines inter ſe deuincti ſunt, demonſtrat, ac gradibus quibuſdã neceßitudines coniũctionis humanæ diſtinguit: ut planum fiat, quo ordine & modo beneficia conferenda, & quæ ſint ſocietates præ cæteris cum præſtantiores, tum grauiores. Loci huius doctrinæ duo ſunt:*
  - Vnus, *in quo*
    - Partim cõmuniora *quædã uincula conſociationis hominum, ut paulò antè fecerat, explicatius aperit. Nam*
      - Primũ *coniunguntur homines,*
        - Gente,
        - Natione,
        - Lingua.
      - Deinde, *multa ſunt ciuibus quoque inter ſe communia.*
        - Forum,
        - Fana,
        - Porticus,
        - Viæ,
        - Leges,
        - Iura,
        - Iudicia,
        - Suffragia,
        - Conſuetudines,
        - Familiaritates,
        - Contractus.
    - Partim interiora *illa, & recedentia ab illa infinita generis humani ſocietate patefacit. Ea enim concluduntur in arctũ et anguſtum: ſuntq́;*
      - Primũ, *propinquitatum & conſanguinitatũ: quarum*
        - Prima, *eſt in coniugio.*
        - Altera, *in liberis.*
        - Tertia, *in una domo.*
        - Quarta, *in fratrum coniunctione.*
        - Quinta, *in conſobrinorum & ſobrinorum.*
        - Sexta, *connubiorum & affinitatum, quæ quidem ſunt*
          - Principium *urbis.*
          - Seminaria *ciuitatum.*
          - Origo *Rerumpublicarum.*
        - Atq; *eadem illa ſanguinis coniũctio deuincit charitate homines. Magnum enim eſt*
          - Eadem *habere monumenta maiorum:*
          - Iiſdem *uti ſacris:*
          - Sepulcra *habere communia.*
      - Deinde *amicitiarũ & familiaritatum, quæ contrahũtur inter bonos,*
        - Similitudine *morum:*
        - Honeſti *admiratione in alio.*
        - Virtutũ
          - Iuſticiæ
          - Liberalitatis
          - *impulſu, ob quas diligimus etiã nunquam uiſos.*
      - Tum *beneficiorum ultrò citroq́; datorum & acceptorum.*
      - Poſtea *ſequuntur patriæ neceßitudines, quæ omnes omnium charitates complectitur.*
      - Et *denique Reipublicæ.*
  - Alter *συγκρίσιν. oſtẽdit enim, ſi in cõparatione contentio inciderit, quibus plurimum tribuendum ſit officij, quæ neceßitudines principem locum tenere debeant. Tum igitur*
    - Principes *ſint*
      - Patria,
      - Parentes,
      - *quorum beneficijs maximis obligati ſumus.*
    - Proximi
      - Liberi,
      - Totaq; *domus,*
      - *quæ ſpectant in nos ſolos, nec aliud poſſunt habere profugium.*
    - Deinceps *propinqui benè conuenientes, quibus cum communis plerunq; etiam fortuna eſt.*
    - Poſtremò, *uult in amicitijs, ut uigeant maximè*
      - Vita,
      - Victus cõmunis,
      - Conſilia,
      - Sermones,
      - Cohortationes,
      - Conſolationes,
      - Obiurgationes.
      - Atq; *ea omnia concludit γνώμην ἐπιφωνηματικήν.*
        - Iucundiſſimam *eſſe amicitiam eam, quam morum ſimilitudo conciliauit bonorum.*

TABVLA XXV. DE IIS QVÆ PECVLIARITER IN BENEficio tribuendo ſint obſeruanda. Sed in his omnibus officijs tribuendis, &c.

Duo ſunt *hic præcipui loci:*

- Vnus *διάληψις, in quo finem facturus uniuerſæ huic de beneficentia & liberalitate diſputationi, adijcit hãc quaſi acceßionem ſuperioribus, oſtendendo*
  - Primùm, *quid præcipuè uidendum ſit in officio tribuendo. Videndum autem*
    - Cùm, *Quid cuique maximè neceſſe ſit.*
    - Tum, *quid quiſque*
      - Vel *nobiſcum,*
      - Vel *ſine nobis*
      - *Poßit*
        - Aut cõ*ſequi,*
        - Aut nõ *conſequi.*
  - Deinde, *temporum & περιστάσεων reſpectu, aliter atque aliter gratificandum hominibus: quia ſunt officia, quæ alijs magis quàm alijs debeantur. Hanc præceptionem illuſtrat ἀντίθεσιν pugnantium exemplorum:*
    - Vt, *uicinum citius adiuueris in frugib. percipiendis, quàm*
      - Aut *fratrem,*
      - Aut *familiarem.*
    - Contrà, *ſi lis in iudicio fuerit, propinquum potius & amicum, quàm uicinum defenderis.*
- Alter locus *continet παραδειγματικὴν παραίνεσιν. Cohortatur enim & extimulat ad uſum & exercitationẽ eorum, quæ præcepiſſet de hoc toto genere Liberalitatis & Beneficentiæ, adducendo exempla*
  - Medicorum,
  - Imperatorum,
  - Oratorum:
  - *Qui quamuis artis præcepta perceperunt, tamen nihil laude magna dignum, ſine uſu & exercitatione conſequi poſſunt: ſic hanc quoque officij præceptionem, uſum, exercitationemq; requirere. Atque ita adiungit ἀπόδοσιν, conclusionem huius ſecundæ honeſti partis: hæc uidelicet ſe habuiſſe, quæ de iuſticia traderet.*

TABVLA XXVI. DE TERTIA PARTE HONESTI, FORtitudine. Intelligendum eſt autem, &c.

TRANSFERT nũc deinceps præceptionẽ de officijs Honeſtatis, Cicero ad tertiam partem: hoc eſt, ad Fortitudinem, ſitam in animi excelſi atq; inuicti magnitudine ac robore. Quam quidem à contrario eius, Ignauia, commendatiorem reddit: tum uerò eo excelſiore loco poſitam docet, quòd non extet in ſcriptis Rhetorum & Oratorum illuſtrius et copioſius tractatum quicquã, quàm fortiter facta, atque egregia facinora, quæ ſunt (ut ait Saluſtius) ſicuti anima, immortalia. Duo autem in hac εἴσοδον, ſeu ingreſſu agit:

- Primus enim locus habet
  - Poſt ἐπανάληψιν, repetitionem quatuor generum, in quæ honeſti naturam uimq; diuiſiſſet.
  - Κατάστασιν, propoſitionem de hoc tertio genere: Splendidiſsimum uideri eiuſmodi officium, quod animo magno elatoq;, humanasq; res deſpiciente factum ſit: quæ quidem eſt egregia ὑπογραφὴ fortium facinorum.
- Deinde hanc ipſam uirtutem, quæ Fortitudo dicitur, quo magis eius innoteſcat ſplẽdor, cum contrario illius componit. Opponuntur enim
  - Δειλία, Ignauia, qua nihil magis ait obijci poſſe homini in probris: id quod Ennianorum uerſuum teſtimonijs planum facit, recitando
    - Primùm eo uerſu, qui eſt: Vos etenim iuuenes animos geritis muliebres.
    - Deinde adducẽdo Salmacida ſpolia, ſine ſudore & ſanguine.
  - Ἀνδρεία, Fortitudo, cuius famã & laudes celebrari dicit
    - Partim Rhetorũ oratione, quæ mirabiliter eſſloreſceret & redundaret
      - Vel in explicandis præclaris facinoribus ad
        - Marathona.
        - Salamina.
        - Plateas.
        - Termopylas.
        - Leuctra.
      - Vel uiris fortib. laudandis, ut
        - Coclite.
        - Decio.
        - Scipione.
        - M. Marcello.
    - Partim inſtitutis maiorum, qui ad memoriam nominis & famæ, benemeritis de Republica ponerent ſtatuas, ornatu ferè militari.

TABVLA XXVII. QVALIS DEBEAT ESSE VERA FORTItudo, & quæ ab illa remota. Sed ea animi elatio quæ cernitur, &c.

- Quia *nibil boneſtũ eſſe poteſt, quod iuſtitia uacat (hæc enim quaſi ἀρχὴ fundamentũ eſt huius capitis) & quia uitiis uirtutibus uicia: ideo ne fortitudinẽ quidem laudandam docet, ſi diſcedat ab ea uirtute, qua ſocietas hominum inter ipſos, & uitæ quaſi communitas cõtinetur. Duo ſunt autem præcipui huius doctrinæ loci:*
  - Vnus, *in quo*
    - Primùm *omnium* κατάστασις, *propoſitio eſt: fortitudinem pro ſuis commodis pugnantem, non pro ſalute communi, in uicio eſſe.*
    - Deinde *πίστωσις, confirmatio huius propoſitionis, petitur*
      - Partim *ἀπὸ τῶν ἐναντίων, pugnantibus cum uirtute: ut eſt, immanitas aliena ab humanitate,*
        - Quod *immanitatis eſt, humanitatis eſſe non poteſt:*
        - Pugnare *tantùm pro ſuis commodis, eſt immanitatis:*
        - Ergo *non eſt humanitatis: per conſequens, alienum à uirtute & fortitudine.*
      - Partim *ὁρισμῷ, definitione Stoicorum, qui aiunt, Fortitudinem eſſe uirtutem pugnantem pro æquitate.*
      - Partim *denique κρίσει, iudicio & ſententia Platonis, qua reprehenditur*
        - Non *modò* ἀνδρείαν πᾶσαν χρείας ἐμπίπτειν διαμαρτάνοντες
        - Verùm *etiam animus fortis, paratus ad ſuum periculum, non pro utilitate communi dimicans.*
  - Alter *locus rurſus bipartitus eſt:*
    - Primùm *enim ex ſuperioribus colligit, qualem eſſe uirum fortem uelit: uidelicet*
      - Bonum,
      - Simplicem,
      - Veritatis *amicum.*
      - Fraudis *inimicum.*
      - *Quæ quidem ſunt ex media laude iuſticiæ.*
    - Deinde *uerò*
      - Partim *demonſtrat, quæ uicia uicina ſint fortitudini:*
        - Pertinacia,
        - Nimia cupiditas *principatus, ut in*
          - Lacedæmonijs:
          - In cæteris, *qui quo animoſiores ſunt, eo minus*
            - Vel *diſceptatione uinci ſe:*
            - Vel *legitimo ac publico iure patiuntur.*
        - Pecuniariæ *largitiones.*
        - Factiones *in Republica,*
          - Partim *ut opes quàm maximas quidam conſequantur:*
          - Partim *ut ſint*
            - *Potius ſuperiores ui,*
            - *Quàm iuſticia pares.*
      - Partim *deterret ἀπὸ τῶν φαύλων, & inſtituit fortem animum:*
        - Primùm *enim, fortes non ſunt habendi, qui inferunt, ſed propulſant iniuriam.*
        - Deinde, *abſit à uera magnitudine* ἀναίδεια.
        - Præterea *nemo fortis eſt, qui ex errore imperitæ multitudinis pendet, uel qui ſeſe opinionibus uulgi duci patitur.*

TABVLA XXVIII. DE DVABVS REBVS, QVIBVS FORTIS animus cernitur. Omnino fortis animus & magnus, &c.

- Nunc deinceps quibus potiſſimũ rebus fortis animus cognoſci debeat, aperit. Ac tres potiſſimùm hic ſunt loci:
  - Vnus, quo exponit duas res, quibus cernitur fortis animus: quarũ
    - Prima eſt in rerũ externarum deſpicientia poſita, cùm perſuaſum ſit homini,
      - Neque ſecundis rebus quicquam
        - Admirari,
        - Optare,
        - Expetere oportere, niſi quod
          - Honeſtũ
          - Decorũq́; } ſit,
      - Neque aduerſis in rebus ſuccumbendum eſſe
        - Vlli homini,
        - Vlli perturbationi
          - Vel animi,
          - Vel fortunæ.
    - Altera res eſt, gerere
      - Magnas quidem res,
      - Maximè utiles,
      - Vehementer arduas,
      - Plenas laborum & periculorum,
        - Cùm uitæ,
        - Tum multarum rerum cauſa, quæ ad uitam pertinent.
  - Alter, in quo de his duabus propoſitis rebus κατ' ἑκάστην ſingillatim diſſerit. Ac
    - Primam rem dicit eſſe cauſam efficientẽ, excellentes animos, & humana contemnentes: quod duabus in rebus cernitur,
      - Primùm, ſi id ſolùm quod honeſtum eſt, bonũ iudices: quod tum fit, cùm quæ pleriſque uidentur
        - Eximia,
        - Præclara, } Ea
          - Parua ducas:
          - Ratione ſtabili firmaq́; cõtemnas.
      - Deinde, ſi ab omni animi perturbatione liber ſis quod tũ fit, ſi
        - Quæ uidentur acerba,
        - Quæq́; alia incõmoda in hominum uita fortunaq́; uerſantur, ita feras,
          - Vt nihil à ſtatu ſapientis diſcedas:
          - Nihil etiam à naturæ ſtatu.
    - Altera comprehendi ait
      - Splendorem,
      - Amplitudinem,
      - Vtilitatem uitæ.
  - Tertius locus His omnibus explicatis, addit quædam περὶ τῶν παθῶν, de iis quæ ſummoperè fugiẽda eſſent fortib. uiris. Ex iis ſunt,
    - Primùm
      - Pecuniæ cupiditas,
      - Diuitiarum amor,
      - Gloriæ auiditas,
      - Ambitio, honorumq́; contentio.
    - Deinde perturbationes, quæ ſunt uicioſi motus, recedentes à recta ratione. Atque hic
      - Primùm enumerat principales quatuor τῶν παθῶν partes, ex quib.
        - Primæ duæ, uidelicet
          - Cupiditas,
          - Metus, } Sunt abſentis
            - Vel boni, ut ἐπιθυμίας.
            - Vel mali, ut φόβας.
        - Reliquæ duæ,
          - Ægritudo,
          - Voluptas, } Sunt præſentis
            - Vel mali, ut λύπην.
            - Vel boni, ut ἡδονὴν.
      - Deinde nominatim præcipit
        - Φευκτέον, iracundiam.
        - Αἱρετέον, tranquillitatem, quæ adferat
          - Cùm conſtantiam,
          - Tùm dignitatem.

TABVLA XXIX. DE COMPARATIONE HOMINVM OCIOSORVM, ET priuatam uitam degentium, cum ijs qui potentiæ & honorum cupiditate ducerentur. Multi autem, &c.

- **Hãc** *diſputationẽ deducit Cicero, de unius paulò antè, in extrema praecedente Tabula, uocabuli* TRANQVILLITATIS, *factă mẽtione. Ac duæ ſunt hic potiſſimum partes:*
  - **Vna,** *cuius loci duo:*
    - **Vnus** *μεγινὸς, in quo duo genera hominũ tranquillitatem expetentium exponit:*
      - **Vnũ**
        - **Philoſophorum** *nobiliſſimorum,*
        - *Longeq; principum.*
        - **Hominum**
          - *Seuerorũ,*
          - *Grauium.*
        - *Hi cũ nõ poſſent ferre mores*
          - *Populi,*
          - *Principũ, uixerũt*
            - *In agris,*
            - *Delectati re ſua familiari,*
            - *Regum propoſito,*
              - *Vt ne qua re egerent.*
              - *Ne cui parẽrent.*
              - *Libertate uterẽtur*
                - *Cuius propriũ eſt:*
                - *Sic uiuere ut uelis.*
      - **Alterum** *genus, potentiæ cupidorum. Sed hæc duo genera diſſimili modo tranquillitatem ſequi ait. nam*
        - **Potentiæ** *cupidi, arbitrantur ſeſe tranquillã uiuere uitam poſſe, ſi opes magnas habeant.*
        - **Contrà** *philoſophi & ocioſi, tum ſe tranquillos æſtimant, ſi contenti ſint & ſuo, & paruo.*
        - *Ita utrunque genus ſuo iudicio contentum, contemnit alterum.*
    - **Alter** *κριτικὸς. nam oſtendit iudicium ſuum, & quid ſentiat de utroq; hoc hominum genere. Etenim*
      - **Vita** *ocioſorum omnino eſt*
        - *Facilior,*
        - *Tutior,*
        - *Minus alijs grauis & moleſta.*
      - **Potentiæ** *cupidorum uita, ſi Rempublicam capeſſant,*
        - *Fructuoſior eſt hominum generi,*
        - *Aptior ad claritatem & amplitudinem.*
        - *Accommodatior ad res magnas gerendas.*
  - **Altera** *pars eſt, in qua*
    - **Partim** *demonſtrat quibus*
      - **Vel** *concedendum ſit, Rempublicam non capeſſentibus: ijs ſcilicet*
        - **Qui** *excellenti ingenio, doctrinæ ſeſe dediderunt.*
        - **Quiq;**
          - *Valetudinis imbecillitate,*
          - *Aut aliqua grauiore cauſa impediti,*
          - *à Republica receſſerunt.*
      - **Vel** *nulla uenia danda ſit, etiamſi deſpicere ſeſe dicant imperia, quæ pleriq; admirentur, cùm reuera timeant*
        - **Labores,**
        - **Moleſtias,**
        - **Ignominiam** *offenſionum.*
        - *Itaq; ijs qui adiumenta habent rerum gerendarũ, abiecta omni cunctatione, adipiſcendi magiſtratus. Nam aliter nequit*
          - *Aut regi ciuitas,*
          - *Aut declarari magnitudo animi.*
    - **Partim** *πολιτικὰ παραγγέλματα, Rẽpub. gubernãtibus tradit: cũ quadã ζήτησιν, inquiſitione, in utrorunq; philoſophorũ & politicorum uitam.*
      - **Primũ** *ergo teneant gubernãtes Rempub. magnificẽtiã & deſpicientiã rerum humanarũ.*
      - **Deinde** *tranquillitatẽ animi, atque ſecuritatem.*
      - **Atq; hæc ille ἀγωνιστικῶς illuſtrius, tractat cõparatione**
        - **Vitæ** *philoſophorum, quibus facilius ait eſſe hæc tenere,*
          - **Quia** *patẽt minus multa in eorũ uita, q̃ fortuna feriat.*
          - **Quia** *minus multis rebus egent.*
          - **Quia** *ſi quid aduerſi acciderit, tam grauiter cadere non poſſunt.*
        - **Cũ uita** *gubernantiũ* **Rempubl.** *apud quos*
          - **Primùm** *non ſine cauſa maiores motus concitantur.*
          - **Deinde** *his maiora efficienda ſunt. Quam ad rem omnino opus eſt*
            - **Animi** *magnitudine,*
            - **Vacuitate** *dolorum,*
            - **Atq;** *hæc cõparatio concluditur nouo παραγγέλματι,*
              - **Ad** *rem gerẽdam qui accedit, conſideret*
                - **Non** *modò quàm illa res honeſta ſit:*
                - **Sed** *etiã, ut habeat efficiendi facultatẽ, ita ut*
                  - **Nec** *temerè deſperet,*
                  - **Nec** *nimis confidat:*
                  - *Propter*
                    - *Ignauiam,*
                    - *Cupiditatem.*

TABVLA XXX. DE COMPARATIONE DOMESTICARVM FORtitudinum cum militaribus. Sed cùm plerique arbitrentur, &c.

- *Quia labores & pericula, materia ſunt fortitudinis: & Cicero omnem operam & ſtudium ad Rempublicam cõferre iuſsit: ideo nũc ne tantùm in bellis hãc uirtutem enitere quis ſuſpicetur, remouet eorum opinionem, qui fortitudinem bellicam domeſticæ præponerent. Atque hanc diſputationem, in duas partes diuidere eſt uiſum. Sed in prima parte rurſus duo agit:*
  - Primùm, *duobus argumentis probat, non eſſe res bellicas maiores, quàm urbanas:*
    - Vno, *à pugnantibus cum fortitudine:*
      - *Temerarij auſus, contrarij ſunt fortitudinis*
      - *Pleraque bella geſta ſunt temerario auſu:*
      - *Ergo, contra fortitudinis præſcriptum geſta.*
    - Altero, *ἀπὸ τοῦ κοινοῦ συμβεβηκότος*
      - *Quo animoſior quis eſt, eo cupidior plerunque eſt bellorum gerendorum.*
      - *Homines militares, animoſiores plerunque ſunt alijs.*
      - *Ergo cupidiores ad bellum gerendum.*
  - Deinde *propoſitionẽ ipſam, quæ eſt, multas extitiſſe urbanas res maiores clarioresq́; , quàm bellicas: hãc igitur κατάστασιν firmat, & luculenter probat, comparatione exemplorum*
    - Externorum, *Græcorũ uidelicet: è quibus duo paria adducit,*
      - Vnũ *quidem Athenienſium*
        - *Themiſtoclis Imperatoris, & Salaminiæ pugnæ.*
        - *Solonis togati, quem plus profuiſſe probat*
          - Ἀπὸ πολυχρονιότητος. *Nã* ὃ ἐν παντὶ καιρῷ ἢ ἐν τοῖς πλείοσι χρησιμώτερον, καὶ αἱρετώτερον, τεκμήριόν ἐστι.
            - *Quod diutius prodeſt, melius eſt re caduciore:*
            - *Solonis conſilium diutius profuit:*
            - *Melius eſt igitur facto Themiſtoclis.*
          - Ἀπὸ τῶν αἰτιατῶν, *ab effectis.*
            - *Quod maiorum inſtituta conſeruat, melius altero quopiam eſt, quo id fieri non poteſt.*
            - *Ergo, Solonis factum præclarius.*
          - Ἀπὸ ἐνδείας.
            - *Themiſtoclis factum eguit ope Solonis:*
            - *Ergo multo inferius eſt.*
      - Alterum *Lacedæmoniorũ.*
        - Imperatorum
          - *Pauſaniæ, & Lyſandri.*
        - Togati *hominis Lyſandri, qui plus quàm illi profuiſſent.*
    - Domeſticorũ, *Romanorum ſcilicet*
      - Cùm *aliorum*
        - Partim *togatorum*
          - *M. Scauri*
          - *Q. Catuli*
          - *P. Naſicæ.*
        - Partim *Imperatorũ*
          - *C. Marij*
          - *Cn. Põpeij*
          - *Africani.*
        - *Hi itaq́; inter ſe comparãtur, ut ſemper perſuaſum haberi uelit Cicero, priores illos togatos, plus reliquis infrà poſitus imperatoribus Reipublicæ profuiſſe.*
      - Tum *ſuo potiſsimùm facto, oppreſſæ in toga à ſeſe cõiurationis Catilinariæ: quod factum*
        - Primùm *extollit irriſionem maleuolorum conuertendo ad ſui nominis famam & gloriam.*
        - Deinde *addit παραύξησιν, nullã rem eſſe geſtam in bello tantam: & amplificat*
          - Primùm *à magnitudine periculi, quod tum imminere uiſum eſt Reipublicæ.*
          - Deinde *à teſtimonio ſpectatiſsimi in Republica uiri Cn. Pompeij.*

TABVLA XXXI. DE PRÆPONENDA DOMESTICA fortitudine, militari, & de bellicis præceptis. Sunt ergo domeſticæ fortitudines, &c.

- Sicut *in prima huius capitis parte exemplis egit: ita nunc rationibus & argumentis, denuò repetitam propoſitionẽ, quæ eſt, Domeſticas fortitudines non inferiores eſſe militaribus, confirmat: deinde παραγγέλματα πολεμικὰ adijcit. Ergo hic duo conſideranda ſunt:*
  - Primùm *rationes, quibus κατάστασιν propoſitionem repetitam firmat. Sunt autem ductæ*
    - *Ἀπὸ ποιητικῶν, à nobiliore cauſa efficiente:*
      - *Quas res animi robur efficit, eæ preſtant actionibus corporis:*
      - *Togatas actiones animi robur parit:*
      - *Ergo togatæ actiones meliores ſunt.*
    - *Ἀπὸ γενέσεως τοῦ καλοῦ*
      - *Honeſtum totum proficiſcitur de animi cura & cogitatione:*
      - *Politicæ & togatæ actiones ſunt honeſtæ:*
      - *Ergo proficiſcuntur de animi cura & cogitatione.*
    - *Ἀπὸ τῶν αἰτιατῶν*
      - *Togatorum conſilio hominum ſæpe aut non ſuſcepta, aut confecta bella ſunt, nonnunquam etiam illata:*
      - *Togatorum igitur conſilia longè ſunt cùm autoritate præſtantiora, tum effectibus meliora.*
  - Deinde, *ne prorſus non eſſe bellum gerendum exiſtimaretur, adijcit παραγγέλματα πολεμικὰ*
    - Partim *τῶν αἱρετῶν, & eorum quæ militari uiro in primis ſpectanda*
      - Primùm, *ut bellum ita ſuſcipiatur, ut nihil niſi pax quæſita uideatur.*
      - Deinde, *ut cogitatione, futura aliquanto antè conſtituantur, ut uideas quid accidere poßit, ne opprimaris repentinò: & tibi dicendum ſit,* NON PVTARAM.
      - Poſtremò, *ſi res tempusq́; poſtulauerit, decertandum manu eſt, & mors ſeruituti turpitudiniq́; anteponenda.*
    - Partim *τῶν φευκτῶν, eorum quæ fugienda forent,*
      - Primùm *enim non eſt fortis & magni animi,*
        - Perturbari *rebus aſperis:*
        - Aut *ipſum tumultuãtem de gradu deijci.*
      - Deinde, *non eſt temerè in acie uerſandum, nec improuidè cum hoſte confligendum. Etenim immane hoc quiddam, & beluarum ſimile eſt.*

TABVLA XXXII. DE PRVDENTIA ADHIBENDA in rebus bellicis. De euertendis autem diripiendiſq; urbibus, &c.

Quæ nunc ſequuntur præcepta, pertinent ad fortitudinem bellicam: uel ad eam artē quæ eſt πολεμικὴ: qua tum neceſſariò utuntur homines, cum ſine iniuria in pace uiuere non poſſunt. Atq; hanc Plato in Protagora τῇ πολιτικῇ, id eſt ciuili ſcientiæ, ſubiectam ſcribit. Ac uidetur duo præcipere:

- Vnum, ne quid in euertendis diripiendiſq; urbibus, fiat crudeliter: quod cauebitur, ſi uir magnanimus
  - Res uniuerſas probè agitarit.
  - Punierit ſontes.
  - Multitudinem conſeruauerit.
  - Recta atque honeſta in omni fortuna retinuerit.
- Alterū, ne quid temerè & incogitanter fiat. Cuius generis hæc ſunt præcepta:
  - Primùm, τῶν φευκτῶν
    - Ne unquam periculi fuga committamus, ut imbelles timidiq; uideamur.
    - Ne nos offeramus periculis, ſine cauſa: quo nihil poteſt eſſe ſtultius.
  - Deinde, ut in adeundis periculis conſuetudinem imitemur medicorum: qui quidem
    - Leuiter ægrotantes, leuiter curant:
    - Grauius autem laborantibus, curationes ancipites & periculoſas adhibere coguntur.
  - Poſtremò [illegible] ſubijcitur:
    - Vt ſubueniamus quauis ratione tempeſtati: eoq; magis, ſi plus adepturi ſimus expeditis & quietè tranſactis ac compoſitis rebus boni, quàm inter ancipites curas & periculoſas deliberationes mali.

TABVLA XXXIII. DE PARTITOINE PERICVLORVM, quæ à fortibus ſubeuntur. Periculoſæ autem rerum actiones, &c.

Quo *certius perſpici poſſet, quæ nam pericula uitanda, quæ'ue intrepidè ſubeunda fo rent, diuidit eadem in*

- **Priuata,** *quæ uidentur ſuſcipi à quibuſdam*
  - *De uita.*
  - *De gloria.*
  - *De beneuolentia ciuium.*
- **Publica,** *quæ Reipublicæ cauſa ſuſtinentur: in quibus gloriæ, et beneuolentiæ, ſimiliumq́; rerum iacturam eſſe faciendam docet. Atque hic*
  - **Primùm** *utitur exemplis diſsimilibus:*
    - *Ἐξωτικοῖς, Externis Græcorũ: è quibus uituperat duos, qui gloriam nominis ſui prætuliſſent Reipublicæ, ut fecerunt*
      - **Callicratides** *Lacedæmoniorum dux, qui multa egregiè cùm feciſſet, uertit ad extremum omnia, cùm conſilio non paruit eorum qui claſſem ab Arginuſsis remouendam, nec cum Athenienſibus dimicandum putabant.*
      - **Cleombrotus.** *qui inuidiã timens, temerè cum Epaminunda conflixerat.*
    - *Ἐγχωρίων, laudato exemplo Q. Fabij Maximi Romani: nam is cunctando reſtituit rem.*
  - **Deinde,** *quæ dixerat, transfert à πολεμικοῖς, ad ciuiles & togatas in Republica actiones. Sunt enim multi, qui etſi optimè ſentiunt, tamen non audent*
    - **Vel** *inuidiæ*
    - **Vel** *aliorũ periculorum*
    - (both:) *Metu dicere.*

TABVLA XXXIIII. DE DVOBVS PLATONICIS πολιτικοῖς παραγγέλμασι. Omnino qui Reipublicæ profuturi ſunt, &c.

- Reuertitur *uiciſsim Cicero ad* πολίτικα παραγγέλματα, *ac quid omnino Rerum publicarum gubernatoribus tenendum ſit, præſcribit. Nam duo his obſeruanda ſunt:*
  - Vnum, *ut utilitatem ciuium ſic tueantur, ut quæcunque agunt, ad eam referant, obliti commodorum ſuorum. Hoc præceptum explicat* [illegible]:
    - *Vt tutela, ſic procuratio Reipublicæ, ad utilitatem eorum qui cōmiſſi ſunt, non ad eorum quibus commiſſa eſt, gerenda eſt.*
  - Alterum, *ut totum corpus Reipublicæ curēt, ne partē ciuium conſulant, partem neglig ā t. Vnde oriuntur res duæ pernicioſiſsimæ:*
    - Seditio.
    - Diſcordia, *è qua factum, ut*
      - Alij *populares ſorent.*
      - Alij *ſtudioſi optimatum.*
      - Pauci *uniuerſorum ſtudioſi. Atque hinc docet,*
        - Apud *Athenienſes ortas magnas diſcordias.*
        - In *Republica Romana, cùm ſeditiones, tū peſtifera bella ciuilia. Huic parti annectit duplicia* παραγγέλματα πολιτικὰ,
          - περὶ φιλ... κτῶν: *ut fortis in Repub. uir*
            - Illa *omnia quæ ſuprà demonſtrata ſunt, fugiat:*
            - Neque *conſectetur opes, aut potentiam:*
            - Nec *criminibus falſis quenquam appetat.*
          - Τοῦ ἀρίστου, *ut omnino adhereſcat iuſticiæ.*

TABVLA XXXV. DE FVGIENDA AMBITIONE, IRA, ET cupiditate uindictæ. Miſerrima eſt omnino, &c. Nec uerò audiendi ſunt, &c. Omnis autem animad. &c.

Quæ præterea *remota eſſe debeant à forti magnanimoq; homine, graui iudicio omnia ponderāti, ea nunc deinceps Cicero proſequitur. Abeſſe autem ab illo debent,*

- Primùm *φιλοτιμία, ambitio, honorumq; cōtentio: atque hoc loco*
  - Primùm *ὀδύρεται, conqueritur miſerrimam eſſe omnino inter homines contentionem de Principatu.*
  - Deinde *ὁμοίωσει, ſimilitudine Platonica de nautis ſumpta demonſtrat, quàm illa ſit miſera res, quàm plena periculi.*
  - Poſtremò *παραδείγματι, exemplo docet, qualis inter generoſo & nobili animo præditos homines diſſenſio eſſe debeat: ſine acerbitate uidelicet, qualis extitit propter Rempublicam diſſenſio inter*
    - *P. Africanū*
    - *Q. Metellum.*
- Deinde *ἔργα, de quis præcipit ea quæ ſunt*
  - Partim *τὰ φευκτά, fugienda in ira*
    - Ne *iraſcamur fortè*
      - Aut *intempeſtiuè accedentibus.*
      - Aut *imprudenter rogantibus.*
    - Ne'ue *cæteroquin in moroſitatem inutilem & odioſam nimis incidamus.*
  - Partim *τὰ αἱρετά proſequitur,*
    - Qualem *eſſe conueniat politicum.*
      - Primùm *enim nihil laudabilius eſt in magno & præclaro uiro, placabilitate & clementia.*
      - Alterum, *exercendam eſſe in liberis populis facilitatem, & altitudinem animi.*
    - Quatenus *conueniat manſuetè agere, ita ut etiam Reipublicæ cauſa adhibeatur ſeueritas.*
- Poſtremò *cupiditas τιμωρίας, animaduerſionis ac pœnæ. In qua conſideranda ait,*
  - *τὸ ποῖον, Qualis eſſe debeat animaduerſio & caſtigatio, ſuſcepta ſcilicet ad utilitatem eius qui caſtigabitur, uel Reipublicæ.*
  - *τὸ πόσον, quatenus puniendum: ſeu τὸ μέτρον, quis modus in puniendo ſeruandus. Cauendum enim, ne maior ſit pœna quàm culpa.*
  - *τὸ δίκαιον: ne eximantur alij pœnæ, alij plectantur, iiſdem de cauſis. Atq; hic tamen*
    - Partim *iram abeſſe uult.*
    - Partim *Peripateticos, qui τὸ θυμοειδὲς tantopere in homine laudarent, perſtringit.*

TABVLA XXXVI. QVO SE PACTO IN REBVS proſperis gerere homines debeant. Atque etiam in rebus proſperis, &c.

- Quid *ſit forti & magnanimo uiro, in rebus ſecundis, & proſperioribus ſucceßibus tenendum, id nunc à Cicerone præcipitur: ut undequaq; perfectam & abſolutam de Fortitudine præceptionem exequatur. Ac uidetur* διαπορίαν *quadam differere de hac parte, dum præcipit,*
  - Primùm, *quid in ſecũdis ſit rebus*
    - Vitandũ, *φευκτέον. Fugienda ſunt autem*
      - Superbia,
      - Faſtidium,
      - Arrogantia.
        - Hæc *illuſtrantur egregia ſententia,* γνώμη.
          - *Vt aduerſas res, ſic ſecũdas immoderatè ferre, leuitatis eſt.*
    - Retinendũ, *αἱρετέον: conſeruanda ſunt autem*
      - Æquabilitas.
      - Idem *uultus.*
      - Eademq; *frons, ut accepimus*
        - *De Socrate.*
        - *De C. Lælio.*
        - *De Philippo Macedonum rege, qui in hac parte lõgè præſtitit filio Alexandro. Huic parti annectit*
          - Bellum *ſeu* ἀπόφθεγμα, *ſeu* ὁμοίωσιν, *Panætij: qui ait, Homines, ceu equos, ob ferocitatem ita refrenandos, ut perſpicerent rerum humanarũ imbecillitatem, uarietatemq; fortunæ.*
  - Deinde, *quid etiam in ſecundißimis rebus*
    - Partim *faciendum ſit:*
      - *Vtendum enim conſilio amicorum:*
      - *Iisq; maior, quàm antè, tribuenda eſt autoritas.*
    - Partim *uitandum ſit, uidelicet*
      - Ne *aſſentatoribus patefaciamus aures.*
      - Ne *adulari nos ſinamus.*
      - Ne *opinatæ uirtutis perſuaſione decipiamur.*
      - Ne *turpiter inflati irrideamur.*

TABVLA XXXVII. DE TRIPLICI GENERE HOMINVM, quod de uirtutis præſcripto uiuere conaretur. Illud autem iudicandum, &c.

- **Repetit** *ex uiceſimanona Tabula Cicero, ea quæ dixerat de duobus generibus hominum, potentiæ cupidorum, & ocioſorum: quorum nunc etiam uitam & ſtudia neutiquã reprehẽdi uult. Sed his interiectum quoddã & mediũ genus addit, hominum neque prorſus deliteſcentiũ intra priuatos parietes, neq; tamen ſe omnino implicantium publicis curis. Ita fiunt tria genera hominum. Sed tamen duæ ſunt partes huius poſtremi de Fortitudine loci:*
  - **Vna,** *de tribus (ut dixi) generibus hominum. Quorum*
    - **Vnus** *eſt* πολιτικῶν*, quos maximas res gerere iudicandum eſt, quod eorum adminiſtratio latiſſimè pateat, ad plurimosq; pertineat.*
    - **Alterum** τῶν θεωρούντων*, ocioſorum, qui ſtudijs cognitionis & ſcientiæ dediti, ea inueſtigare conarentur, quæ reconditis in artibus, & in uarietate quadam ſubtili atque multiplici uerſarentur.*
    - **Tertium** μικτὸν γένος*, inter politicos & ocioſos, qui ita delectarentur re ſua familiari, ita ocio dediti forẽt, ut ne tamen deeſſent Reipublicæ: potius impartirent*
      - *Et amicis,*
      - *Et Reipublicæ,*
        - *De re familiari. In cuius mentionẽ delapſus, peculiariter conſiderare iubet*
          - **Primùm** *quidem*
            - *Vt bene parta ſit,*
            - *Vt nullo turpi & odioſo quæſtu augeatur,*
            - *Vt utilem ſeſe dignis præbeat.*
          - **Deinde,** *ut augeatur*
            - *Ratione,*
            - *Diligentia,*
            - *Nec ſeruiat*
              - *Potius libidini,*
              - *Quàm liberalitati.*
  - **Altera pars** ἀπόθεσιν *cõcluſionem doctrinæ, de hac tertia parte honeſti complectitur: ita ut hæc præſcripta de Fortitudine,*
    - **Partim** τοῖς πολιτικοῖς *conducant: quos ait, ſi cuſtodierint hæc præcepta, uiuere poſſe*
      - *Magnificè,*
      - *Grauiter,*
      - *Animoſè,*
    - **Partim** τοῖς θεωροῦσι*, qui, ſi ea quæ docuit, poſita habuerint in animi cura & cogitatione, uiuere poterunt*
      - *Simpliciter,*
      - *Fideliter,*
      - *Vitæ hominum amicè,*

TABVLA XXXVIII. DE QVARTA PARTE HONEſtatis. Sequitur ut de una reliqua parte honeſtatis, &c.

NVNC de omnium ornatiſsima uirtute Cicero docere aggreditur, quæ apud Græcos σωφροσύνη appellatur. Eſtq́; ὁμολογία τῶν τῆς ψυχῆς μερῶν πρὸς ἄλληλα. Quam quidem tanti fecerunt Stoici, ut dicerent matrem eſſe cæterarum uirtutum omnium: & huic contrariam intemperantiam ἀκρασίαν. quæ à præſcriptis naturæ atque officij diſcederet, fontem uitiorũ.

- Primùm autem in κατασκευῇ, propoſitione, demonſtrat elegantiſsimis συνωνύμοις uocabulis, & illuſtriſsimarum appellationum copia, qualis illa ſit reliqua pars, quæ de poſtremo loco docendum ſit. Ait enim, eam ſibi reliquam partem eſſe honeſti, quæ ſit
  - Verecundia,
  - Ornatus uitæ,
  - Temperantia,
  - Modeſtia,
  - Sedatio παθῶν,
  - Modus rerum.
- Deinde, eius ipſius temperantiæ comitẽ quendam & συνεζευγμένον decorum oſtendit: quod tum elucet, cùm antegreſſa eſt honeſtas: atque hoc loco
  - Primùm quidem ita implicita & colligata inter ſeſe docet τὸ καλὸν καὶ πρέπον, honeſtum & decorũ, ut ſeparari planè nequeãt, atque adeò dicantur περιαντιστρεφόμενα, hoc quodam modo:
    - Quicquid decet, honeſtum eſt:
    - &
    - Quicquid honeſtum eſt, decet.
  - Deinde διάκρισιν, ſeu diſcrimen illę quidem inter hæc duo eſſe demonſtrat: ſed quod magis animo uideri, quàm oculis cerni queat. Sed explicuerunt tamen docti, ut notum eſt, rem breuiter & preſſè: indicantes, decorum eſſe colorem & ſpeciem honeſti, quo illud quaſi pulchritudine quadam ſua commendaretur.

TABVLA XXXIX. DE DECORO, QVOD IN OMNES VIRtutes pariter transfuſum eſt: deq; eius diuiſione. Itaque non modò in hac parte, &c.

Qvemadmodum paulò antè demonſtratum eſt, Decorum eſſe implicitum honeſto, & quaſi colorem & ſpeciem honeſti: ita nunc, in ſingulis partibus honeſti illud elucere docet: adiungens unà partitionem Decori. Habet ergo partes hic locus duas:

- **Vnam,** *in qua illud ipſum decorum ſingillatim reliquis etiã ineſſe partibus honeſtatis, non modò temperantiæ, oſtendit: ita quod generi tribuit, etiam de ſpecie prædicat. Eſt enim decorum non modò in Temperantia, ſed etiam in*
  - **Prudentia,** *in qua τὸ πρέπον eſt, ſeu hoc maximè decet,*
    - *Ratione atque oratione uti prudenter.*
    - *Agere, quod agas, conſideratè.*
    - *Omni in re quid ſit ueri, uidere et tueri.*
  - **Iuſticia,** *in qua*
    - *Iuſta omnia decora ſunt.*
    - *Iniuſta contrà, ut turpia, ſic indecora.*
  - **Fortitudine,** *in qua*
    - *Quod utiliter fit, animoq; magno, id dignum & decorum uitæ:*
    - *Quod contrà, id ut turpe, ſic indecorũ.*

  Poſt hæc elegantiſſima ſimilitudine, ſumpta à uenuſtate partium humani corporis, docet, Decorũ cum uniuerſa quidem uirtute confuſum cogitatione tamen & mente diſcerni & intelligi poſſe, quid ſit quod deceat in omni parte honeſtatis.

- **Altera** *parte huius loci diuidit decorum in*
  - **Generale,** *quod in omni honeſtate uerſatur, ſeu ad omnes partes honeſti attinet, ſicut prima huius loci parte declaratum eſt.*
  - **Speciale,** *quod pertinet ad ſingulas partes honeſtatis, uel quod ſpectatur in unoquoque genere uirtutis. Hoc uiciſſim duplex eſt:*
    - **Poëticum:** *etenim poëtæ in magna uarietate perſonarum, non aliter ac pictores, conſiderant*
      - **Partim** *uicioſis perſonis quid conueniat, ut*
        - *Atreo,*
        - *Thyeſti,*
        - *Phalaridi.*
      - **Partim** *bonis & honeſtis*
        - *Æaco,*
        - *Minoi,*
        - *Neſtori.*
    - **Philoſophicum,** *quod tantum ad honeſtas perſonas reſpicit. Etenim philoſophi neq; icioſas perſonas probãt: nec admittunt, quicquid uel unguem latũ à præſcriptis rationis & naturæ diſceſſerit, et omnino recta, cõuenientia, iuſta, honeſta, decora, in bonis, nõ uicioſis perſonis requirũt. Vel breuiter: Philoſophi tantum bonos homines inſtruunt. Itaque*
      - **Primùm** *tuendæ ſunt nobis datæ à natura partes uirtutum: ut*
        - *Conſtantiæ,*
        - *Moderationis,*
        - *Temperantiæ,*
        - *Verecundiæ.*
      - *Adhibenda etiam reuerentia aduerſus homines.*
      - **Poſtremò** *quid iuſticia et uerecundia poſtulent, uidendum. Nam*
        - *Iuſticiæ partes ſunt, non uiolare homines:*
        - *Verecũdiæ, nõ offendere.*

TABVLA XL. DE VI ET EFFICIENTIA DECORI, IN omnibus & ſingulis partibus honeſti. Officium autem quod ab eo ducitur, &c.

- Hoc loco, *eius ipſius Decori (quod hactenus & expoſitione ac explanatione ſua quale eſſet, & partitione quotuplex foret, illuſtrauit) efficientiam & uim oſtendit. Sunt autem hic duo:*
  - Primùm *oſtendit, quantum ualeat hoc Decorum*
    - Partim *in genere & communiter, ad omnem conuenientiam conſeruationemq́; naturæ: quàm ſi ſequemur ducem, nunquam aberrabimus.*
    - Tum *in ſpecie, in prioribus tribus formis honeſtatis: ut ſunt*
      - Prudentia: *nam hoc eſt quod ait, cōſecuturos nos ex hoc officio, quod è decoro ducitur, id quod acutum & perſpicax natura eſt.*
      - Iuſticia: *nam ait conducere hoc ex decoro profectum officium, ad hominum conſociationem.*
      - Fortitudine: *de cuius officijs adipiſcemur quod uehemens ac magnificum eſt.*
  - Deinde *peculiariter uim Decori elucere ait ex hac uirtute, quæ eſt quarta pars honeſtatis: idq́;*
    - Non *modò in corporis τοῦ σώματος motibus, in quibus nihil niſi quod aptum eſt, probari oportet:*
    - Verùm *etiam in animi τῆς ψυχῆς conformatione, cuius multo magis laudandi motus ſunt, ſi ad naturam accommodati fuerint. Atque hac occaſione de animi partibus, earumq́; ui ac natura deinceps diſputat.*

TABVLA XLI. QVOMODO ANIMVS ET VITÆ ACTIOnes, de præcepto Decori, conformari debeant ad honeſtatem.
Duplex eſt enim uis, &c.

Quod paulo antè in extremis ſuperioris Tabulæ dixerat Cicero, decorũ in animi motibus ſummopere elucere: id illi occaſionem præbuit, ut de eius ipſius animi, quem tantopere ad decori obſeruationem, ex naturæ præſcripto inſtrui uellet, partibus ac ui diſputationem & doctrinam inſtitueret. Duplex eſt autem huius loci præceptio:

- Vna
  - Partim *μερικῶς, in qua duæ partes animi proponũtur:*
    - Prima *ὁρμή, in appetitu poſita: quæ hominem huc & illuc rapitur:* Ex ea *πάθη proficiſcuntur, quas perturbationes Cicero uertit, qui ſunt uitioſi motus animi contra naturam.*
    - Altera *eſt λόγος, ratio, quæ docet & explanat quid fugiendum, faciendumq́; ſit.*
  - Partim *uerò διαιρετικῶς, ubi demonſtrat, quæ harum ſit præſtantior. Quare*
    - *Ratio præſit:*
    - *Appetitus autem obtemperet.* Huc *pertinẽt duo παραγγέλματα:*
      - Primùm, *Omnis ratio uacare debet temeritate & negligentia.*
      - Alterum, *Nec uerò agere quicquam, cuius non poßit cauſam probabilem reddere.*
- Altera *præceptio*
  - Partim *eſt ὑφηγητικῶς, ubi docet*
    - Cùm *ὠφελήματα: hoc eſt, commoda & emolumenta quæ cõſequantur, ſi fuerit effectum,*
      - *Vt appetitus rationi obediant.*
      - *Vt ne eam præcurrant.*
      - *Vt ne deſerant propter pigritiam & ignauiam.*
      - *Vt omni animi perturbatione careant.*
      - → *Huius αἰτίαν oſtẽdit: atque ait futurum, ut eluceat omnis conſtantia, omniſq́; moderatio.*
    - Tum *βλαβερά, incõmoda quæ ſequuntur ſi appetitus*
      - Vel *longius euagentur.*
      - Vel *exultantes*
        - Siue *cupiendo.*
        - Siue *fugiendo, à ratione recedãt. Perturbãt enim*
          - *Cùm animos,*
          - *Tum corpora: ut uidere licet*
            - *Vel in iratis.*
            - *Vel in iis qui*
              - *Aut libidine aliqua,*
              - *Aut metu commoti ſunt.*
              - *Aut uoluptate nimia geſtiũt, quorum omniũ*
                - *Vultus,*
                - *Voces,*
                - *Motus,*
                - *Statuſq́; mutãtur*
              - *Ex his ὥσπερ ἐκ πάντων colligit,*
                - *Appetitus oẽs contrahendos,*
                - *Excitãdã animaduerſionẽ et diligentiam, ne quid*
                  - *Temerè,*
                  - *Fortuitò,*
                  - *Inconſideratè,*
                  - *Negligenter*
                  - → *agamus.*
  - Partim *διδασκαλικῶς: hac enim occaſione de fine hominis præclarè diſſerit. in qua parte*
    - Primùm, *nequaquam nos ad ludum & iocum factos eſſe oſtendit: ſed ad quædam ſtudia grauiora, atque maiora.*
    - Deinde, *quoniã neceſſariò deſcendendum nonnunquam eſt ad remißiones animi, ſicut aues uidemus ſolutas opere, liberè uolitare: oſtendit*
      - *Quatenus utendum ſit ludo & ioco: tum uidelicet, cum grauibus rebus ſatisfecerimus.*
      - *Quale eſſe debeat iocãdi genus:*
        - *Non profuſum, nec immodeſtum:*
        - *Sed ingenuum, & facetum.*

TABVLA XLII. DE DVPLICI GENERE IOCANDI.

Duplex omnino eſt genus iocandi, &c.

- De generibus *iocorum & ludi, quibus paulò antè ceu condimentis quibuſdam laborum utendum cenſuerat, nunc explicatius diſſerit. Ac*
  - Primùm
    - Partim *proponit duo genera iocādi:*
      - Vnum
        - *Illiberale,*
        - *Petulans,*
        - *Flagitioſum,*
        - *Obſcœnum.*
      - Alterum
        - *Elegans,*
        - *Vrbanum,*
        - *Ingenioſum,*
        - *Facetum,*
        - *Quo, in genere poni uult*
          - *Plautinos ſales.*
          - *Atticorū antiquam comœdiam.*
          - *Philoſophorū Socraticorū faceta ſcripta.*
          - *Catonis ἀποφθέγματα.*
    - Partim *διακρίσει oſtendit, quid interſit inter utrunque genus. Nam*
      - *Ingenuus iocus, ſi tempore fit, ac remiſſo animo, homine dignus eſt.*
      - *Illiberalis iocus, ne libero quidem dignus, ſi rerum turpitudini adhibeatur & uerborum obſcœnitas.*
  - Deinde *de ludo, duo præcipit*
    - Vnum, *modum eſſe retinendum ludendi, ut ne nimis omnia profundamus: elatiq; uoluptate, in aliquam turpitudinem dilabamur.*
    - Alterum, *quos ludos exerceri conueniat à iuuentute: eos ſcilicet, qui ſuppeditantur*
      - *`A campo Martio.*
      - *`A uenationibus.*

TABVLA XLIII. DE DISCRIMINE HOMINIS ET BELVÆ, deq; fugiendis uoluptatibus. Sed pertinet ad omnem officij quæſtionem,&c.

Ad retinendum *in quolibet officij genere Decorum, maximè tamen in ludo, & inter remißiones animi, ad quas neceſſariò ſæpenumerò deſcendēdum eſt, utilißimum eſſe ait, perpetuò ob oculos habere διάκρισιν diſcrimen inter brutū & hominem. Etenim*

- Pecudes *& beluæ nihil ſentiunt niſi uoluptatem, ad eamq; feruntur omni impetu.*
- Hominis *autem naturæ quæ cōſentanea ſunt, duabus partibus continentur*
  - Primùm *enim alitur*
    - *Diſcendo,*
    - *Cogitādo, ſemperq; aliqd*
      - *Aut inquirit,*
      - *Aut patefacit: duciturq; delectatione*
        - *Videndi,*
        - *Audiendi aliquid. Atq; ex his*
          - Primùm *colligitur, quàm ſit tetra & ab natura hominis aliena res, uoluptas.*
          - Deinde, *quanta ſit bonitas & uis naturæ præceptricis & magiſtræ, ex eo colligit, quòd*
            - *Etſi quidam omnino propendent ad uoluptatem:*
            - *Tamen ſi ſint nō prorſus abiecto animo,*
              - *Vel occultant,*
              - *Vel dißimulāt appetitum, propter uerecundiam, niſi fortè ſint*
                - *Aut prorſus ex pecudum genere:*
                - *Aut nomine tantū, non re homines.*
  - Deinde *τίθησι περὶ μέτρον, & præcipit quid ijs qui aliquid dant uoluptati, faciendum ſit: uidelicet, ut diligenter norint, eſſe eius fruendæ modum. Atque huic duo quaſi προφυλακτικὰ ad reſecādas occaſiones illecebrarum adiungit:*
    - Vnum, *ut*
      - *Victus,*
      - *Cultusq; corporis referantur*
        - *Ad ualetudinem, & uires:*
        - *Non ad uoluptatem.*
    - Altera *νουθέτησις, ex partibus contrarijs: ut conſiderata excellentia naturæ humanæ, uideamus*
      - *Quàm turpe ſit,*
        - *Diffluere luxuria,*
        - *Delicatè ac molliter uiuere.*
      - Quamq; *honeſtum,*
        - *Parcè,*
        - *Continenter,*
        - *Seuerè,*
        - *Sobriè*
        - (all four:) *Viuere.*

TABVLA XLIIII. DOCTRINA DE SPECIALI DECORO, pro circunſtantijs perſonarum, conditionum, ſtudiorum, &c. Intelligendum eſt etiam, &c.

- **Hactenus** *de Decoro generali in omni uita & officijs promiſcuè cuſtodiendo, proſecutus Cicero fuit. Nunc autem quid pro perſonarū, temporum, locorū, & rerum denique, ac aliarū περιστάσεων reſpectu facien-* *dum ſit:*
  - **Primùm,** *duabus perſonis homines indutos eſſe ait: quarum*
    - **Vna** *communis eſt cuiq; cum omnibus mortalibus, eamq; pariter uniuerſi ſuſtinemus, quòd ſumus ἀλόγων ζῴων, participes rationis, mentis, & intelligentiæ.*
    - **Altera** *ſingulis tributa, & peculiariter cuilibet impoſita, cùm ſpectantur diuerſitates ingeniorum, & uarietas naturarū, & pronitudines, ac propendentes ad diſsimilimas res habitus, ſtudia, curæ, affectiones, inclinationes: ſecundum Homericum uerſum,* ἄλλος γὰρ ἄλλοισιν ἀνὴρ ἐπιτέρπεται ἔργοις, *Nanque alijs aliæ res arridentq; placentq;.*
  - **Deinde,** *de altera perſona, quæ peculiariter cuilibet imponitur, & de mi-*
    - **Primùm,** *exemplis uarijs demonſtrat, quantæ ſint diſsimilitudines, quā mirificæ uarietates, in moribus, uita, actionibus, habitu, et cura ac ſtudijs hominū. Atque hanc παραδειγματικὴν σύγκρισιν perficit cōſideratio-*
      - I. **Primùm** *comparat Cicero*
        - *Facetos & natura lepidos, ut fuêre*
          - *L. Craſſus,*
          - *L. Philippus,*
          - *C. Cæſar. L. F.*
        - *&*
        - *Seueriores ac triſtes, ut*
          - *M. Scaurum* / *M. Druſum* — *adoleſcentes.*
      - II. **Deinde** *uerò cum*
        - *Hilarioribus*
          - *Romanis, ut fuit, C. Lælius:*
          - *Græcis, ut fuit Socrates*
            - *Dulcis,*
            - *Feſtiuus,*
            - *Facetus,*
            - *εἴρων.*
        - *Seueriores*
          - *Romanos, ut Scipionem.*
          - *Græcos*
            - *Pythagoram,*
            - *Periclem.*
      - III. **Tum** *ducum belli callida & aſtuta inter ſe componit ingenia*
        - *Vnius Pœni Hannibalis, qui fuerit callidus.*
        - *Vnius Romani Q. Fabij Maximi, qui potuit*
          - *Celare,*
          - *Tacere,*
          - *Diſsimulare,*
          - *Inſidiari,*
          - *Præripere hoſtium conſilia.*
        - **Duorum** *Græcorum,*
          - *Themiſtoclis Athenienſis,*
          - *Phærei Iaſonis,*
          - *Solonis deniq;, cuius callidiſsimū factum fuerit in ſimulatione furoris.*
      - IIII. **Poſtea** *comparat*
        - **Partim**
          - *Simplices,*
          - *Apertos,*
          - *Veritatis cultores,*
          - *Fraudis hoſtes.*
        - **Cum** *his qui illis cōtrarij fuiſſēt, qui quidē*
          - *Quiduis perpeſsi fuiſſent, cuiuis deſeruijſſent, ut ad id quod cuperent, peruenirēt:*
            - *Quo in genere*
              - **Roma**- *nis fuerūt*
                - *L. Sylla,*
                - *M. Craſſus.*
              - **Græ**- *cis diſſimilimi*
                - *Lyſander Lacedæmonius uerſutiſsimus,*
                - *Callicratides longè diuerſis moribus.*

dū ſit: hoc eſt, de eo Decoro, quod generali ſubiectum eſt, docet. Ac | *rificis illis naturæ diſsimilitudinibus diſſerit. Duo autem agit* | *ne admodū diſsimiliū rerum:*

- V. Denique *comparat*
  - Eloquentes *& comes, qui populares fuerunt, ut*
    - *Catuli duo,*
    - *Q. Mutius Numantinus,*
    - *P. Scipio Naſica.*
  - Minimè *populares, quia non comes in dicendo*
    - *Ex Romanis, patrem Naſicæ ait fuiſſe:*
    - *Ex Græcis, ſeueriſsimum philoſophorum Xenocratem.*

- Deinde *peracta illa comparatione,*
  - Partim *tradit præcepta quædam uitæ formandæ, eaq́;*
    - Cùm *αἱρετῶν*
      - I. *Quemlibet ſtudioſè tueri debere bona, quæ à natura accepit.*
      - II. *Studia noſtra, naturæ regula metienda eſſe.*
      - III. *Æquabilitatem uniuerſæ uitæ retinendam.*
    - Tum *φευκτῶν,*
      - *Non eſſe aggrediendum maius pro uiribus.*
      - *Contra naturam minimè nitendum.*
      - *In actiones omnemq́; uitam, nullam diſcrepantiam conferendam.*
  - Partim *hiſtoricis exemplis demonſtrat, quātum uim habeat hæc naturarū differētia:*
    - Primùm *in M. Catone, cui quia natura contulerat*
      - *Incredibilem grauitatē, eamq́; ipſe perpetua conſtantia roborarat,*
        - *Potius moriendū, quàm tyranni uultus aſpiciendus fuit.*
    - Deinde *in Vlyſſe, qui multa paſſus eſt, in illo errore diuturno. Nam*
      - *Mulieribus inſeruiuit.*
      - *In omni ſermone affabilē ſe præbuit.*
      - *Domi, ſeruorum, ancillarumq́; contumelias pertulit.*
    - Poſtremò *in Aiace, qui quo animo traditur, millies mortem oppetere, quàm illa perpeti maluiſſet.*
  - Partim *denique tradit moderandæ & tranſigendæ uitæ*
    - Præcepta
      - 1 *Primum: quod quiſque habet ſuum, id tenere debet, nec experiri aliena.*
      - 2 *Suum quiſq; ingenium, acremq́; ſe & bonorum & uitiorum iudicem præbeat.*
      - 3 *Ad quas res aptiſsimi erimus, in his potiſsimum elaborabimus.*
      - 4 *Sin neceſsitas nos ad ea detruſerit, quæ noſtri ingenij non erunt, omnis adhibenda erit cura, ut ſi non optimè, at non indecorè facere poſsimus.*
    - *Idem poſtea docet argumento à minore ad maius*
      - *Scenici uident, non ut quàm optimas, ſed accommodatiſsimas fabulas eligant:*
      - *Ergo multo magis ſapiens uidebit, quid facto opus ſit.*

TABVLA XLV. DE TERTIA ET QVARTA PERSONA, quæ temporibus & caſibus, & iudicio certo imponuntur. At duabus his perſonis, quas ſuprà, &c.

- Quo *ſit perfectior & plenior doctrina de ſpeciali Decoro. quod in omni uitæ, ſtatus, ſtudij, conditionis & profeſſionis, actionumq; genere uerſatur, tertiam & quartam perſonã ſuperioribus duabus adiungit. Quare duæ ſunt partes huius loci:*
  - Vna. *in qua de tertia perſona agit. Hæc eſt ea, quam imponit*
    - Caſus *aliquis*
    - Aut *tempus*
      - *A quibus gubernantur*
        - Vel *rerum ſecundarum ornamenta*
          - *Regna,*
          - *Imperia,*
          - *Nobilitates,*
          - *Honores,*
          - *Diuitiæ,*
          - *Opes.*
        - Vel *his aduerſa et cõtraria.*
  - Altera, *in qua de quarta perſona agit, quam ſibi quiſq; iudicio ſuo accommodat.*
  - *Ac de hac*
    - Primùm *in genere docet, quod ipſarum utriuſ in alia alius mauult excellere. Itaque ſe alij*
      - *Ad philoſophiam*
      - *Ad ius ciuile*
      - *Ad eloquentiam*
        - *applicant.*
    - Deinde *triplicem ἐκλογὴν τῶν λογισμῶν, in deligenda et aſſumenda ſibi certa perſona, proſequitur:*
      - Aut *enim liberi in hoc genere laudis excellere ſtudent, in quo maiores & patres ſuos præſtitiſſe norunt: ut*
        - *Q. Mutius, P. F. in iure ciuili:*
        - *Pauli filius Aphricanus, in re militari.*
      - Aut *acceptam à patribus gloriã acceſſione augent & amplificant: ut*
        - *Aphricanus ille P. F. eloquentia cumulauit bellicam gloriam.*
        - *Timotheus Cononis F. ad bellicam gloriam, doctrinæ & ingenij laudem adiecit.*
      - Aut *nonnulli omiſſa imitatione maiorum, ſuum quoddam inſtitutum conſequuntur.*

TABVLA XLVI. QVÆ IN CONSTITVENDO GENERE uitæ ſpectari debeant.

Quæ ſequuntur, *de quartæ perſonæ uarietatẽ & cõſiderationem pertinent. Eſt autem ſapientiſsima doctrina, ad refutandam leuitatem, & incogitantiam hominũ: tum ad reuocãdam in animũ cuiuſque, curam & attentionem, ut in deligendo genere uitæ, & in tota adeò uita cõſtituenda, magna animi prouiſione utamur: ut nobiſmetipſis in actionũ ſtudiorumq́; perpetuitate conſtare poſsimus. Poteſt autem intelligendi & docendi cauſa, in tres partes diuidi hic locus:*

- **Prima** *habet* κατάστασιν, *propoſitionem capitis: in primis cõſtituendum eſſe, quos nos & quales eſſe uelimus. Quod quo magis neceſſarium alicui eſſe uideatur, firmat eam ipſam*
  - **Partim** αἰτιολογίᾳ, *quòd in tanta imbecillitate ineuntis adoleſcẽtiæ,*
    - **Vel** *id ſibi quiſq; genus ætatis degendæ conſtituit, quod maximè adamauit.*
    - **Vel** *antè implicatur aliquo certo genere, quàm potuit quod optimum eſſet iudicare.*
  - **Partim** *elegantiſsima fabuloſa narratione Prodici, de Hercule, apud Xenophontem.*
- **Altera** *parte tria continentur:*
  - **Primùm** *quoque exponit, quæ in conſtituendo genere uitæ animaduertere licet:*
    - **Aut** *enim imitantur homines quoſcunque uiſum eſt, atque ad eorum ſtudia inſtitutaq́; impelluntur.*
    - **Aut** *parentum præceptis imbuti, ad eorum conſuetudinem moremq́; deducuntur.*
    - **Aut** *multitudinis iudicio feruntur alij, & quæ maiori parti pulcherrima uidentur, ea maximè expetunt.*
    - **Aut** *felicitate ſiue bonitate naturæ, & parentum diſciplina, nonnulli rectam uitæ ſecuti ſunt uiam.*
    - **Aut,** *quod maximè rarum genus eſt, quidam excellente ingenij magnitudine, aut præclara eruditione atq; doctrina, aut utraque re ornati, ſpacium deliberandi habuerunt.*
  - **Deinde** *oſtendit, quæ maximam habeant in conſtituendo genere uitæ uim:*
    - *Natura,*
    - *Fortuna.*
    - Ex his
      - *Natura multo firmior & conſtantior eſt,*
      - *Fortuna caduca & fluxa.*
  - **Poſtremò** *conſtantiam quidem ait retinendam in quolibet uitæ genere: ſed ſi quis erraſſe ſe intellexerit, is faciet morum inſtitutorumq́; mutationem. Sed animaduertet tamen*
    - **Vt** *obſeruata opportunitate temporis, genus uitæ mutet.*
    - **Vt** *ſi tempus non adiuuerit mutationem, ſenſim pedetentimq́; faciat: ſicut amicitiæ, quæ minus placent, ſenſim diſſuuntur, non repentè præcidũtur.*
    - **Vt** *commutato genere uitæ cures, ut id bono conſilio feciſſe uidearis.*
- **Tertia** *parte Cicero oſtendit, quæ in imitatione maiorum ſint excipiẽda.*
  - **Primùm** *uicia.*
  - **Deinde,** *ſi natura non feret, ut quædam imitari poſsimus.*
    - *Vt Aphricani ſuperioris filius, non tam potuit patri ſimilis eſſe.*
    - *Quapropter*
      - *Si*
        - *Non poterit cauſas defenſitare,*
        - *Non populum concionibus tenere,*
        - *Non bella gerere:*
      - *At ea præſtabit quæ in ipſius poteſtate ſunt,*
        - *Iuſticiam,*
        - *Fidem,*
        - *Liberalitatem.*

TABVLA XLVII. DE OFFICIIS ADOLESCENTVM & ſenum. Eſt igitur adoleſcentis,&c. Senibus autem,&c.

Quoniam *non ſunt eadem officia diſparum ætatum, aliaq; ſunt iuuenum, alia ſeniorum: aliquid etiam* Cicero *de hac diſtinctione dicit, complectiturq; ſequentibus locis adoleſcentum & ſenum officia.* Quapropter

- Adoleſcentum *munera hæc ſunt potiſſimùm,*
  - *Vt maiores natu uereantur:*
  - *Vt ex his deligant optimos, quorum conſilio & autoritate nitantur.*
  - *Vt maximè à libidinibus alieni ſint:*
  - *Vt exerceantur in labore, patientiaq; & animi & corporis:*
  - *Vt cùm relaxare uolent animos, meminerint uerecundiæ, caueant intemperantiam.*
- Senes *autem quæ deceāt, quæ ue minus. Ea ferè*
  - Partim *ſunt* τῶν αἱρετῶν, *eorū quæ ipſis ſequenda*
    - V*t exercitationibus animi plus deditì ſint, quàm laboribus corporis.*
    - V*t quamplurimum*
      - Amicos,
      - Iuuētutē, & Rempublicam in primis
        - Conſilio
        - Prudentia

        adiuuēt.
  - Partim *ſunt* τῶν φευκτῶν, *eorū quæ ipſis fugienda,*
    - *Ne languori ſe, deſidiæq; dedant: quod omnium maximè his cauendum eſt.*
    - *Vt luxuriam uitent. quod quidem amplificauit collata generi ſpecie.* Nam *cùm omni turpis ſit ætati illa, tum ſenectuti fœdiſſima eſt.*
    - *Vt libidinum intemperantiam ceu peſtem oderint, quòd ex ea duplex incommodum ſit:*
      - *Quòd & ipſa ſenectus concipit dedecus.*
      - *Et facit adoleſcentum impudentiorem intemperantiam.*

TABVLA XLVIII. DE OFFICIIS MAGISTRATVVM, priuatorum, & peregrinorum, ſecundum præſcriptum Decori. Ac ne illud quidem alienum eſt,&c.

- Hoc capite *duo agit:*
  - Primùm *de ijs præcipit, quæ ſint tenenda*
    - Magiſtratibus: *quorum munus eſt, intelligere,*
      - *Se gerere perſonam ciuitatis.*
      - *Debere ciuitatis*
        - *Dignitatē*
        - *Decusq́;*
        - *ſuſtinere.*
      - *Seruare leges,*
      - *Iura deſcribere,*
      - *Meminiſſe, ea ipſa fidei ſuæ commiſſa.*
    - Priuatis *hominibus, remotis à Republica, quos quidem*
      - *Oportet æquo & pari iure cum ciuibus uiuere.*
      - *Neque*
        - *Summiſſos & abiectos,*
        - *Efferentes ſeſe in Republica.*
      - *Deniq; ea uelle, quæ tranquilla & honeſta ſint.*
    - Peregrinis *& incolis, quorum officiū eſt*
      - *Nihil præter ſuum negocium agere.*
      - *Nihil de alio inquirere.*
      - *Minimè in aliena Republica eſſe curioſum.*
  - Deinde, *duo ſubijcit præclariſsima præcepta generalia,*
    - Vnum,
      - *Tum denique officium quod ſit cuiuſq;, uerè reperiri, cùm fuerit quæſitum, quid deceat, & quid aptum ſit perſonis, temporibus, ætatibus.*
    - Alterum,
      - *Nihil eſſe quod tam deceat, quàm in omni re agenda, conſilioq́; capiendo ſeruare conſtantiam.*

TABVLA XLIX. QVIBVS POTISSIMVM IN REBVS continearur Decorum. Sed quoniam decorum illud, &c.

Non modò quid deceat, quidq; rectum & honeſtum ſit, cognitum & perſpectum eſſe, atque in animi cura & cogitatione poſitum, quaſi deliteſcere oportet: uerumetiam cùm ad ſocietatem à natura facti, & immutabili quaſi fœdere ac nexu perpetuo inter nos deuincti ſimus, neceſſe eſt, ut ea ipſa quæ decere, quæ recta, quæ honeſta, quæ conuenientia eſſe ſcimus, in conſuetudinis luce emineant, & uita factis ac moribus ita explicentur, ut probemur his, cum quibus, & apud quos uiuimus. Itaque ut omnibus numeris abſoluta præceptio ſit, QVIBVS MAXIMÈ REBVS DECORVM *corporis, & actionum, & uitæ externæ eluceat atq; emineat, deinceps docere inſtituit. Hoc autem capite duo potißimùm facit:*

- Primùm, *quibus in rebus illud ipſum Decorum, quod ad ſingulas partes honeſtatis pertinet: & ſingula ſtatuum, uitæ, ætatum, conditionum genera reſpicit: hoc igitur quibus in rebus poſitum ſit, excutit. Nam*
  - Partim *cernitur in corporis*
    - Motu.
    - Statu.
  - Partim *poſitum eſt in tribus: in*
    - FORMOSITATE,
    - ORDINE,
    - ORNATV.
- Deinde, *quid his tribus, formoſitati, ordini, ornatui* [illegible] *ſit: cura ſcilicet, ut probemur his quibus cum uiuamus.*
  - *Hinc infert nouã* [illegible] *propoſitionem, ſibi etiã de his aliquid præcipiendum eſſe.*

TABVLA L. DE NATVRÆ PROVIDENTIA, IN CORPOris humani fabrica: & de retinenda uerecundia dictorum & factorum. Principiò corporis noſtri magnam, &c.

ANTEQVAM de iis tribus, quibus maximè contineri dixerat decorum, ſingillatim præcipiat, præmittit diſputationi longiuſculæ hoc quaſi proœmium: in quo id omnino agit, ut commendet uerecundiam, quæ eſt cuſtos omnium uirtutum. Triplex autem huius capitis eſt præceptio:

- **Vna,** *in qua uerecūdiæ obſeruationē, & cultum cōmendat,*
  - **Partim** *à naturæ mirifica prudentia, & ſolerti fabrica. Ea etenim cum magna admiratione*
    - Eas *partes quæ haberent ſpeciem honeſtam, poſuit in promptu.*
    - Quæ *autem partes ad neceſſitatem datæ, aſpectum eſſent deformem habituræ, eas contexit atque abdidit.*
  - **Partim** *ab hominū imitatione. Etenim*
    - Quæ *natura occultauit,*
      - *Eadem omnes qui ſana mente ſunt, remouent ab oculis:*
      - *Ipſiq; neceſſitati dant operam, ut quàm occultiſſimè pateant.*
    - Quarumq; *partium corporis uſus ſunt neceſſarij, eas*
      - Neque partes
      - Neque partium uſus
      - — *Suis nominibus appellant.*
- **Altera parte** *reprehendit inhumaniores uel Stoicos, uel Cynicos,*
  - Quòd *ea quæ turpia re non ſint, nominare flagitioſum ducamus: ut ſunt*
    - *Liberis dare operam. nam eius opera nomen non dicitur.*
    - *Parēre aliſi item in rebus neceſſitati.*
  - Quæ *uerò re turpia ſint, ea nominibus appellentur ſuis: ut*
    - Latrocinari,
    - Fraudare,
    - Adulterari.
    - — *Pluraq; in eam ſententiam ab eiſdem contra uerecundiam diſputantur.*
- **Tertia parte** *duo agit*
  - **Partim** *enim tradit*
    - *Τὰ αἱρετὰ, quæ omnino in reſpectu uerecundiæ ſunt obſeruanda:*
      - Vt *naturam ſequamur, & omne quod abhorret ab ipſa oculorum auriumq; comprobatione fugiamus.*
      - Vt *teneant ſuum decorū*
        - Status,
        - Inceſſus,
        - Seſsio,
        - Accubatio,
        - Vultus,
        - Oculi,
        - Manuum motus.
    - *Τὰ φευκτὰ,*
      - Ne *quid effœminatum, aut molle ſit:*
      - Ne *quid durum, aut ruſticum ſit:*
  - **Partim** *curam uerecūdiæ quātam eſſe uelit oſtendit,*
    - Cùm *argumēto à minori ad maius:*
      - *Si hiſtrio & ſcenicus non prodit ſine ſubligaculo, timens ne qua parte conſpiciatur non decorè:*
      - *Quanto magis nobis curandum eſt, ne hæc diſſoluta nobis ſint, illis apta.*
    - Tum *exemplo Romani moris, uerecundiam commendat. Etenim*
      - *Nec puberes filij cum parentibus lauantur:*
      - *Nec generi cum ſoceris.*

TABVLA LI. DE FORMOSITATE ET PVLCRITVDINE animi,& corporis motibus. Cùm autem pulcritudinis duo genera ſint,&c.

NVNC, *ut propoſuerat, de tribus illis, in quibus poſitũ erat Decorum, differere inſtituit Cicero. Ac primũ de Formoſitate ſeu pulcritudine tradit. Agit autem hoc capite duo:*

- **Primùm,** FORMOSITATEM ET PVLCRITVDINEM *diuidit in duo genera: quorum*
  - **Vnum** *eſt uenuſtatis, atque ea muliebris ducenda eſt. Quare remoueatur à uiro*
    - *Omnis non dignus ornatus.*
    - *Et huic ſimile uicium, in geſtu motuq; caueatur.*
  - **Alterum** *Dignitatis, quæ uirilis ducẽda eſt. Atque hic tenẽda ſunt*
    - *τὰ αἱρετὰ, quæ ad dignitatis conſeruationẽ pertinẽt, ut ſunt*
      - **Forma** *uirilis.*
      - **Color,** *qui exercitationibus corporis continetur,*
      - **Mundicies**
        - *Non odioſa,*
        - *Non exquiſita,*
        - *Fugiens agreſtem neglegẽtiam.*
      - **Veſtitus,** *in quo mediocritas optima eſt.*
    - **Partim** *fugienda ſunt quædam, quæ dignitatẽ deformãt:*
      - *Tarditates molliores in inceſſu & greſſu.*
      - *Feſtinationes nimiæ: cuius incommoda ſunt*
        - *Anhelitus,*
        - *Vultus mutatio,*
        - *Oris diſtortio.*
- **Deinde** *pulcritudinem animi, qualem eſſe uelit, explicat. in ea parte*
  - **Primùm** *ad naturam derigi uult animi motus. Hoc aſſequemur*
    - **Partim** *ſi cauebimus, ne incidamus*
      - *In perturbationes,*
      - *Atque exanimationes.*
    - **Partim** *ſi attentos animos ad conſeruationem decori tenebimus.*
  - **Deinde** *motus hoſce animi diuidit dupliciter:*
    - **Alteros** *cogitationis: in qua uidendum, ut ea ad res quàm optimas utamur.*
    - **Alteros** *ipſius appetitus, quem rationi obedientem præſtare debemus.*

TABVLA LII. DE ORATIONIS ET SERMONIS PVLcritudine. Et quoniam magna uis orationis,&c.

- Quia proximè *& ſecūdum rationem, orationis etiam, ſermonisq́; cōmercio iuncti ſumus: ideo nunc poſt explicatam corporis & animi, ſecundum pulcritudinē, conformationem, qualis etiam pulcritudo ſermonis eſſe debeat oſtēdit. Ac duo omnino hic facit:*
  - Primùm *distribuit orationem in ſermonem & contentionem, et circa quæ pars quælibet uerſetur docet.* Nam
    - Sermo *uerſari debet in*
      - *Circulis,*
      - *Diſputationibus,*
      - *Congreßionibus,*
      - *Conuiuijs.*
      - → *Huius generis nulla inquit extare præcepta: quamuis fortaſſe diſcere uolentibus ea, magiſtri reperiri poſſent.*
    - Contentio *tribus debet diſceptationibus*
      - *Iudiciorum,*
      - *Concionum,*
      - *Senatus.*
      - → *Hæc Rhetorum præcepta ſunt; quibus omnia referta.*
  - Deinde *demonſtrat quædam de uoce, quæ eſt index orationis.* Ac
    - Primùm *in ea duo requiri docet:*
      - *Vt clara ſit,*
      - *Vt ſuauis.*
      - → Vtrunque *omnino á natura petendum: ſed tamen*
        - Alterum, *ut clara ſit, exercitatio augebit:*
        - Alterum, *ut ſuauis ſit, imitatio preßè loquentium, & leniter.*
    - Deinde *exempla adducit eorum, in quibus cōmendata fuerit bonitas uocis: ut in*
      - Catulis, *quorum fuit*
        - *Sonus dulcis.*
        - *Literæ neque expreſſæ, neque oppreſſæ.*
        - *Nihil obſcurum.*
        - *Nihil putidum.*
        - *Vox ſine contentione*
          - *Nec languens,*
          - *Nec canora.*
      - L. Craſſo, *cuius oratio*
        - *Vberior oratione Catulorum.*
        - *Nec minus faceta.*
      - Cæſare, *qui Catuli fratris pater fuit, qui uicit omnes*
        - *Salibus,*
        - *Facetijs,*
        - *Atque adeò contentiones forenſis generis aliorum, ipſe ſermone uicit.*

TABVLA LIII. PRÆCEPTA MODERANDI SERMONIS.

Sit igitur hic ſermo, in quo Socratici maximè uigent, &c.

Deinceps *præcepta quædam ſermonis cius, in quo Socratici maximè uiguiſſent, in cotidianis uitæ conſuetudinibus tenenda præſcribit: quæ quidem commodè diuidentur, ut plurima alia præcepta,*

- **Εἰς τὰ αἱρετὰ**
  - **Primùm:** *Quotidianæ conſuetudinis ſermo ſit lenis, minimeq́; pertinax, inſit in eo lèpos.*
  - **Alterum:** *Sicut in alijs rebus, ita hic quoque uiciſſitudo non iniqua putetur.*
  - **Tertium:** *In ſerijs adhibeat ſermo ſeueritatem, in iocoſis leporem.*
  - **Quartum:** *Sicut incipiendi, ita definendi modus ſit.*
  - **Quintum:** *Curandum, ut eos quibus cum loquimur, & uereri & diligere uideamur.*
  - **Sextum:** *Sermo etiam erga inimiciſſimos, etiamſi nobis indigna audiamus, grauitatem retineat.*
- **Εἰς τὰ φευκτὰ**
  - **Primùm:** *Ne detrahat abſentibus, ridiculè, ſeuerè, maledicè, contumelioſè.*
  - **Alterum:** *Ne nimis longè à propoſito aberret: & reuocet ſeſe, ſi aberrare cœperit.*
  - **Tertium:** *Sermo careat perturbationibus: quales eſſe conſueuère*
    - *Ira,*
    - *Cupiditas,*
    - *Pigritia.*
  - **Quartum:** *Neminem obiurgandum per iram, etiam in uocis contentione acriore.*
  - **Quintum:** *Ne ſit oratio ſui oſtentatrix.*

TABVLA LIIII. DE HONORATI ET PRINCIPIS IN Republica uiri domo. Et quoniam omnia perſequimur, &c.

HAEC quæ præcipiuntur de honorati et principis in Republica uiri domo, ad ornatum referri poſſunt: cui tertium locum tribuit Cicero inter ea, in quibus decorum poſitum eſſet. Tres ſunt autem huius loci partes:

- Prima κατασκευαστική. nam proponit, ſe de domo honorati hominis præcepturum: cuius finis cùm ſit Vſus, accõmodandam ad eam ait
  - Ædificandi deſcriptionem.
  - Commoditatis diligentiam.
- Altera παραδειγματική qua adfert diſſimilis exempla, ad oſtendendum
  - Vel quibus ad inſignem profuiſſet honorem luculenta & præclara domus. Profuit autem Cn. Octauio.
  - Vel quibus eadem repulſam attuliſſet, ut Scauro. Atque hæc tractat διαιρετικῶς αἰτιολογικῶς, quare Scauro hoc euenerit:
    - Siue quòd omnem ille dignitatem è domo petere inſtituiſſet.
    - Siue quòd ipſe potius à domo honeſtari, quàm hanc honeſtare uoluiſſet.
- Tertia
  - Partim τεχνική duorum παραγγελμάτων:
    - Vnius, eſſe in domo clari hominis, in quam multi hoſpites recipiendi ſint, adhibendam quandam curam laxitatis.
    - Alterius, de moderandis ſumptibus ædificationum.
  - Partim
    - Cùm ἐλεγκτική. Nam conqueritur de peruerſitate hominum, quòd ſumptuoſas extructiones hominum non modò potentium, ſed etiam ſumma uirtute præditorum imitentur: uirtutes uerò non item. ut L. Luculli magnificentiam multi, pauci uirtutem imitati ſunt.
    - Tum τεχνική. nam quid fieri in hac parte uelit, oſtendit. Quare
      - Adhibendus eſt modus: iſq;
      - Reuocandus ad mediocritatem:
      - Et ipſa mediocritas, ad uſum cultumq; uitæ.

TABVLA LV. QVÆ PRÆCIPVÈ IN ACTIONVM quolibet genere animaduertenda. In omni autem actione, &c.

- **Ad uitæ ornatum** *hæc quoque præcepta tria adiungi debent, quæ ceu metas & ſcopos omnium humanæ uitæ actionum Cicero proponit. Duæ ſunt autem huius loci particulæ:*
  - **Prima** *κατασκευαστική. proponit enim tria in omni actione ſummopere obſeruanda:*
    - **Vnum,** *ut appetitus rationi pareat: quòd nihil ſit eo ipſo ad officia conſeruanda accommodatius.*
    - **Deinde,** *ut animaduertatur quanta illa res ſit, quam efficere uelimus:*
      - *Neu maior, quàm res poſtulet.*
      - *Neu minor*
        - *Cura* / *Opera* — *Suſcipiatur.*
    - **Tertiùm,** *ut ea quæ pertinent ad liberalitatẽ, ſpecie & dignitate moderata ſint. Atq; hic admonet, modum optimum eſſe,*
      - *Decus ipſum tenere,*
      - *Nec progredi longius.*
  - **Altera** *συγκριτική. Nam in horum trium comparatione oſtendit præſtantiſsimum eſſe, primùm illud, appetitum obtemperare rationi.*

TABVLA LVI. DE RERVM ORDINE, ET TEMPORVM OPportunitate:ſuntq́ꝫ definitiones propoſitæ, quo melius quid ordo eſſet,intelligeretur. Deinceps de ordine rerum,&c.

- *Qvod erat ſecundum ex ijs,in quibus Decori uim poſitam eſſe dicebat,id nunc poſtremo & tertio loco explicare inſtituit:docens de* ORDINE RERVM, *& temporum opportunitate. Huius autem partis duo loci ſunt:*
  - Vnus *ὁριστικὸς & διακριτικός,in quo de ordine diſputaturus, primùm omnium de uocabulis certi quid cõſtituit.Ac ne quis ἀταξίαν, quæ obſeruatione ordinis & temporis cõtinetur,Modeſtiam interpretaretur:definitionibus, quid inter illa, & his affinia interſit, planum facit. Nam*
    - *Εὐταξία eſt, in qua intelligitur ordinis conſeruatio.*
    - Modeſtia *uerò,eſt ſcientia earum rerum quæ agentur aut dicentur,loco ſuo collocandarum.*
    - Ordo *(de quo peculiariter nunc agit) compoſitio rerum, aptis & accommodatis locis.*
    - Locus *actionis, eſt opportunitas temporis.*
    - Tempus *opportunum actionis, eſt εὐκαιρία occaſio.Atque inde colligit aliam Modeſtiæ definitionem:*
    - Modeſtia *eſt ſcientia opportunitatis, idoneorum ad agendum temporum.*
  - Alter *κατασκευαστικὸς. Nã poſt propoſitas definitiones,quid ſit huius loci proprium oſtendit:ſeſe ſcilicet quærere*
    - *De moderatione.*
    - *De temperantia.*
    - *De ſimilibus uirtutibus, pertinentibus*
      - *Ad uerecundiam,*
      - *Ad approbationem eorũ quibus cum uiuimus.*

TABVLA LVII. DE ORDINE ET MODERATIONE actionum. Talis eſt igitur ordo actionum adhibendus, &c.

- Quem ordinè in actionib⁹ et uitæ uniuerſæ officijs ſeruari uelit Cicero, luculenter deinceps præcipit: ita ut uideatur ſingula penè officiorũ momenta proſequi, eo conſi-
  - Primùm proponit, cui ret ſimilẽ eſſe uelit actionum ordinem: orationi ſcilicet cõſtanti, cuius conuenientiam facta quoque hominum imitari debent. Huius autem contrarium, & quàm deforme ſit ſeſe inepté gerere, oſtendit
    - Primùm παραγγέλματι ἠθικῷ, præcepto morali, quo inſtruimur ad decori obſeruationẽ.
      - Turpe eſt enim, ualdeq́ uicioſum, in re ſeuera, conuiuio dignum & delicatum, aliquem inferre ſermonem.
    - Deinde τῆς ἱστορίας recitata de Pericle et Sophocle, in quo oſtenduntur:
      - Non modó MANVS prætorem abſtinentes habere oportere:
      - Sed etiam oculos. tanta uis eſt
        - Loci
        - Tẽporis,
          - Vt ſi quis
            - Aut in ambulatione, de agenda cauſa,
            - Aut ſolus forté attẽtius quid cogitet,
              - Non ſit reprehendendus. At hoc idem ſi in cõuiuio faceret, inhuman⁹ uideatur, inſcitia temporis.
  - Deinde diſtinguit ea quæ cadũt in obſeruationem ordi-
    - Partim manifeſté uicioſa, quæ refutatione nulla egent: ut
      - Cantare in foro,
      - Saltare in templo,
      - Muliebri palla prodire:
        - Aut ſi qua eſt alia magna peruerſitas.
    - Partim uidentur parua, & tamen à multis in-
      - Primùm ſimilitudine, qualia ſunt demonſtrat,
        - Fidium,
        - Tibiarum.
          - Nam in his etſi paulùm quid diſcrepet, tamen à ſciente animaduerti ſolet. Sic uiuendum in uita
            - Primùm, Ne quid forté diſcrepet:
            - Deinde, Multo hoc magis curandum,
              - Quo maior & melior actionũ eſt cõcentus,
              - Quàm ſonorum.

lio, ut planum

lio, ut planū fiat, nullā debe- rt, in ullā ui te aut actio- nū par tem, diſcre pātiā con- ferri. Tris autem agit hoc lo co:

nis. Ete- nim ſunt

telli- gi poſ ſunt: eaq́; ipſa

- Deinde nominatim cōmemorat, illa parui quidē, ſed de quib⁹ facilis naturæ ſignificatio fiat. Sunt autem
  - Oculorū obtutus.
  - Superciliorum
    - Remiſſio,
    - Contractio.
  - Mœſtitia,
  - Hilaritas,
  - Riſus,
  - Locutio,
  - Retic.̄tia,
  - Contentio uocis,
  - Submiſſio uocis.
  - Hęc quo
    - Vel melius uitentur:
    - Vel ad commendabilem modum redigantur,
      - Partim ſunt iudicanda, & emendanda de aliorum uicijs.
      - Partim ſ doctos & uſu peritos homines corrigē da: uidē dūq;
        - Non modò quid quiſque loquatur,
        - Sed etiam
          - Quid quiſque,
          - Qua de cauſa,
          - Quomodo
          - Sentiat. ſicut
            - Pictores,
            - Statuarij,
              - Primum quidem ſuum opus conſiderari uolunt à pluribus, ut ſi quid reprehenſum ſit corrigatur.
              - Deinde
                - Et ſecū, & cū alijs
                - Quid peccatū ſit exquirunt.

- Poſtremò περὶ ἰδῶν, quæ ſunt νόμιμα ἄγραφα, & ijs quæ conſuetudine introducta ſunt præcipit, eaq́; obſeruanda omnino uult. Atque in hac parte tria agit:
  - Primùm προκαταλαμβάνων, ne quis hoc errore ducatur, ut paucorum prærogatiuam officere putet legi communi: ut ſi quid Socrates, aut Ariſtippus contra mores fecerit, idem ſibi putet licere. Addit excuſationem, quòd hi uiri
    - Magnis bonis, & Diuinis,
    - Hanc licentiam aſſecuti ſunt.
  - Deinde Cynicorum rationem uel ἀναίδειαν totam eijciendam uult, quia
    - Partim eſt inimica uerecundiæ.
    - Partim in ea nihil eſſe rectum aut honeſtum poteſt.
  - Tertium διπλοῦν eſt, παραγγελμάτων præceptorum duplicium:
    - Partim τὸ καθ' ἕκαστον, ubi ſingillatim & nominatim præſtari honorem & cultū uult,
      - Primùm ijs, quorum uita perſpecta & cognita eſt magnis rebus.
      - Deinde, qui bene de Republica ſentirent.
      - Tum, qui de eadem
        - Vel benè merentr
        - Vel benè meriti ant.
      - Præterea multum tribuendum ſenectuti.
      - Poſtea cedendum his qui magiſtratum gerunt.
      - Denique habendum delectum ciuium & peregrinorum, in quibus tractandis uidendum
        - Priuatim ne
        - An publicè
        - Venerint.
    - Partim τὸ γενικὸν. Nam concludit ſummatim, debere nos
      - Colere
      - Tueri
      - Seruare
      - Cōmunem totius generis hominū
        - Conciliationem.
        - Conſociationem.

TABVLA LVIII. DISTINCTIO ARTIFICIORVM ET quæſtuum, qui probari uel improbari debeant. Iam de artificijs & quæſtibus, &c.

- *De artificiis & quæſtibus, ſuperioribus addit quædam. Atque ita diſtinguit illa, ut planum fiat, quæ libero & ingenuo homine digna ſint in hac parte, quæ ue minus:*
  - Primùm *igitur è numero τῶν φευκτῶν ſunt, neq; ingenuum hominem decent,*
    - *1 Quicunque quæſtus incurrunt in odia hominum, ut*
      - *Portitorum,*
      - *Fœneratorum.*
    - *2 Mercenariorum omnes quæſtus ſunt illiberales.*
    - *3 Propolarum quæſtus ſordidi ſunt, qui mercantur quod ſtatim uendant.*
    - *4 Opificesq; omnes in ſordida arte uerſantur.*
    - *5 Officina quoque nihil poteſt habere ingenuum.*
    - *6 Poſtremò minimè probandæ ſunt hæ artes, quæ miniſtræ ſunt uoluptatum: ut*
      - *Cetarij,*
      - *Lanij,*
      - *Coqui,*
      - *Fartores,*
      - *Piſcatores.*
    - *7 Denique*
      - *Vnguentarij,*
      - *Saltatores,*
      - *Totus ludus talarius.*
  - Deinde, *τὰ αἱρετὰ in hoc genere recenſet, & quæ artes libero homine factitandæ ſint. In quibus*
    - Aut *prudentia maior ineſt.*
    - Aut *non mediocris utilitas quæritur: ut ſunt*
      - *Medicina,*
      - *Architectura,*
      - *Mercatura,*
      - *Agricultura, qua omniũ rerum ex quibus aliquid acquiritur*
        - *Nihil eſt melius,*
        - *Nihil utilius,*
        - *Nihil dulcius,*
        - *Nihil homine libero dignius.*

TABVLA LIX. DE COMPARATIONE DVORVM HONEſtorum: & quòd officia iuſticiæ longè præponenda ſint officijs prudentiæ. Sed ab his partibus, &c.

QVEMADMODUM officia ducerentur ab honeſtate, omnibusq́; adeò illius partibus, prudentia, iuſticia, fortitudine & temperantia, ſatis eſt hactenus cognitum. Tranſit autem nunc ad alteram huius libri par-

- *Vna, in qua pbat, officia iuſticiæ in cõparatione longè eſſe ſplendidiora, ijs quæ à prudẽtia tantùm & cognitione proficiſcũ-*
  - I. 'A fine hominis
    - *Qui à natura ad ſocietatem natus eſt, is citius emoriatur, quàm illam deſerit.*
    - *Omnis ſapiens, omnisq́; adeò homo, à natura ad ſocietatem factus eſt:*
    - *Ergo omnis ſapiens, omnisq́; adeò homo, citius emoriatur, quàm ſocietatem deſerat.*
    - Vel ſic,
      - *Omne animal πολιτικὸν, appetit naturaliter cœtus hominum:*
      - *Omnis homo eſt animal politicum:*
      - *Omnis igitur homo naturaliter appetit cœtus hominum.*
  - II. Ἀπὸ τῆς σοφίας ὑπεροχῆς,
    - *Quæ uirtus aliarum princeps eſt, ab ea maxima in cõmunitatem proficiſcuntur officia:*
    - *Sapientia, princeps eſt omnium uirtutum:*
    - *Ergo ab illa, maxima in ſocietatem proficiſcuntur officia.*
    - Vel ſic,
      - *Maximæ omnium ſciẽtiæ, maxima in communitatem ſunt officia:*
      - *Sapientia, eſt maxima omnium ſcientia:*
      - *Sapiẽtiæ ergo maxima in cõmunitatem ſunt officia.*

  Probatio minoris, quòd ſapientia omnium maxima ſit.

  - III. 'A finitione ſapientiæ,
    - *Quæ res Deorum & hominum continet communitatem, ea maxima omnium eſt:*
    - *Sapientia, Deorum & hominum continet communitatem:*
    - *Sapientia igitur, omnium rerum, uirtutum & ſciẽtiarum maxima eſt:*
    - *Et per conſequens, eius effectiones reliquis maiores.*

 tem, hoc eſt

tem, hoc eſt, ad comparationem duorũ inter ſe honeſtorũ. Duæ ſunt autem præcipuæ partes huius diſputationis:

tur: ideoq́; etiã his illa anteponenda. Quod quidem his potiſsimùm argumentis confirmat:

Probatio proximæ ſuperioris concluſionis.

IIII. A fine & uſibus ſapientiæ, ἀπὸ χρειῶν.

- *Quæ officia in cõmodis hominum tuendis uerſantur, ea maxima ſunt:*
- *Sapientiæ officia in commodis hominum tuendis uerſantur:*
- *Sapientiæ igitur officia maxima ſunt.*

Minoris probatio.

- *Omnis cognitio contemplatioq́; naturæ, ad hominum commoda tuenda tendit:*
- *Sapientia eſt cognitio, contemplatioq́; naturæ:*
- *Sapientiæ ergo finis ad hominum cõmoda tuenda tendit.*

V. Ἀπὸ τοῦ τοῖς ἀρίστοις ἀρέσκειν.

- *Optimorum quorunq; iudicio & ſententiæ ſtandum eſt:*
- *Plus autem deberi ſocietati, quàm priuatis ſtudijs, optimus quiſque ſentit:*
- *Ergo huic ipſi opinioni & ſententiæ ſtandum.*

VI. A fine eruditionis.

- *Quorum opera multi erudiuntur, ij declarant finem cognitionis actionem eſſe:*
- *Illi autem quorum omnis uita in cognitione uerſata eſt, multos erudierunt:*
- *Ergo illi ipſi declararunt, finem uitæ & cognitionis eſſe agere aliquid.*

VII. Ab eodem.

- *Qui monumentis literarum poſteritati conſulunt, ij teſtantur ad agendum ſe natos:*
- *Multi autem eximij philoſophi monumentis ſuis poſteritati conſuluerunt:*
- *Ergo eximij philoſophi hoc ipſo teſtati ſunt, ſeſe ad agendum natos.*
- *Ex quo ſequitur, actiones præponendas τῇ θεωρίᾳ, id eſt ſtudijs cognitionis. cumq́; nihil omnino reperiri poſsit, quòd iuſticia uacet: eius ipſius uirtutis officia, prudentiæ officijs longè anteponenda eſſe.*

Altera pars huius diſputationis, continetur ſequente Tabella.

TABVLA LX. QVOMODO AD SOCIETATEM COLENdam producti ſimus. Nec uerum eſt quod à quibuſdam dicitur, &c.

- Altera parte *huius capitis refutatur peruerſa & falſa opinio eorum, qui dicerẽt utilitatis & neceßitatis gratia initam eſſe cum hominibus ſocietatem. Refellit ergo hoc duobus modis Cicero:*
  - Primùm *ea ſimilitudine, quam de apibus propoſuit, atque ad eam poſtea refutationem ipſam accommodat. Ergo duo hic ſunt:*
    - Partim *ipſa ſimilitudo, ὁμοίωσις de apibus*
      - *Nam horum examina non fingendorum fauorum cauſa congregantur, ſed cum congregabilia natura ſint, fingunt fauos.*
    - Partim *προσαπόδοσις, ſeu accommodatio refutationis, ad illam ſimilitudinem de coniunctione*
      - Cùm *hominum: qui non ideo coniungũtur, ut emolumenta propria inde procreent: ſed ideo diſcũt, & cognitioni ſeſe dant, opemq́; uirtutum & artium requirunt, ut firmius coniungi & conſociari poßint.*
      - Tum *uirtutum,*
        - Iuſticiæ, *quæ ſine prudentiæ coniunctione ſolitaria uidebitur.*
        - Fortitudinis, *quæ citra iuſticiam feritas & immanitas potius quàm uirtus uidebitur.*
  - Altera *refutatio προκατάληψιν habet: oſtendit autem, à natura & ſine hominis, etiamſi (quod quidẽ in primis obijcere ſoliti ſunt) omnia nobis uirgula diuina ſuppeditarentur, ita ut optimo quiſque ingenio, negocijs omnibus omißis, totũ ſe in cognitione & ſcientia collocaret: tamen inſuauem illam admirationem fore, niſi quo cum communicaret haberet. Nam homo profectò*
    - *Et ſolitudinem fugeret,*
    - *Et ſocium ſtudij quæreret:*
    - *Tum docere uellet,*
    - *Tum diſcere quoque,*
    - *Tum audire,*
    - *Tum uidere.*
      - *Quæ cùm ita ſe habeant, rectè & meritò huius capitis de duobus honeſtis comparationem, repetita propoſitione principali concludit: Officia iuſticiæ, hoc eſt, ea quæ ad coniunctionem hominum, & ad ſocietatem tuendam ualent, anteponenda eſſe officijs prudentiæ, quæ tantùm cognitione & ſcientia continentur.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

TABVLA LXI. & VLTIMA: NON ESSE IVSTICIÆ causa uiolandam uerecundiam: ac de gradibus communitatum in humana uita. Illud forſitan quærendum, &c.

- Peracta comparatione iuſticiæ, cum cæteris uirtutibus: reſpondet ad nouam quæſtionem. Atq; duæ hoc capite partes continentur:
  - Vna, in qua proponitur ſirmæ quæſtio, Sint ne officia iuſticiæ, quæ paulò ante omnium uirtutum officijs præponenda eſſe probauerat, tam mordicus retinenda ſapienti, ut uerecundiæ & modeſtiæ anteponere illa uelit. Negat autem fieri hoc debere,
    - Primùm, quia eorum quædam
      - Ita fœda ſunt,
      - Itaq; flagitioſa,
      - ut ea ne conſeruandæ quidem patriæ cauſa ſapiens facturus ſit.
    - Deinde
      - Quas res pro ſe Reſpublica ſuſcipi non uult, eas ſapiens non faciet:
      - Contra uerecundiam & modeſtiam nihil expetit Reſpublica fieri:
      - Ergo contra uerecundiam & modeſtiam nihil aget ſapiens.
    - Poſtremò
      - Quæ res nullam agendi neceſſitatem imponunt, ijs facilè liberatur ſapiens:
      - Verecundiæ & modeſtiæ neglectus nullo tempore ſapienti imponitur:
      - Ergo ſapiens liberatur neglectu illarum.
  - Altera parte docet, Cùm firmum maneat, & immobile, iuſticiam omnino omnibus eſſe præferendam uirtutibus, eaq; ipſa iuſticia in cõmunitate hominũ uerſetur: tenendos eſſe certos gradus cõmunitatis, ut quid cuiq;, & quo loco debeatur, exactè perſpici poſſit. Sunt igitur officia quæ debentur cuilibet, ita diſtribuenda:
    - Prima officia, Dijs immortalibus debentur.
    - His proxima, patriæ.
    - Deinceps quæ ſequuntur, parentibus.
    - Tum pupillis, & reliquis fidei noſtræ creditis.
    - Proxima, clientibus debentur.
    - Quæ ſequuntur, hoſpitibus.
    - Poſtrema, cognatis & affinibus: ſecundum Gellij expoſitionem.

TABVLARVM LIBRI PRIMI OFFICIORVM M. T. CICERONIS FINIS.

TABVLÆ, SEV ΣΧΗΜΑΤΙΣΜΟΙ SECVNDI M. T. CICERONIS LIBRI DE OFFICIIS.

TABVLA PRIMA, PARTIS PRIMÆ PROŒMII ſecundi de Officijs libri: cur ad φιλοσοφίαν ſcribenda Cicero acceſſerit, Quemadmodum officia ducerentur, &c.

IN PRIMO huius procemij loco po-
- Primùm, *ipſius procemij initium, quod quidem*
  - Partim *ἐπανάληψιν repetitionem breuem eorum habet, de quibus toto primo libro diſſeruiſſet:*
  - Partim *σκοπὸν καὶ περιοχὴν ſecundi libri, in quo peculiariter de* VTILI *diſputaturus ſit.*
- Deinde, *poſt κατάστασιν ſeu propoſitionem eorum de quibus dicturus eſſet, attente eſt animaduertenda ἰδιώσις. τὸ λογισμὸ, expoſitio conſilij ſui, cur ad φιλοσοφί-*
  - Primùm *quidem conſtat προκαταλήψει. ait enim ſeſe uereri, ne quibuſdam bonis uiris philoſophiæ nomen*
    - Vel *inuiſum ſit,*
    - Vel *mirentur in ea tantum operæ Ciceronem ponere: etiamſi libri illius cõplures inuitauerint multos*
      - Primùm *quidem*
        - Non *modò ad legendum,*
        - Verùm *etiam ad ſcribendum.*
      - Deinde *uerò, ut in procemio primi ait,*
        - Ad *dicendum,*
        - Ad *iudicandum.*
  - Deinde *accedit ad αἰτιολογίαν, hoc eſt, ad cauſas inſti-*
    - Primùm *præmittit διηγημάτιον ὀδυρτικὸν, παθητικὸν καὶ λυπητικὸν, narratiunculam in qua deplorat præſentem Reipublicæ ſtatum: oſtendendo κατὰ προσωποποιίαν Rempublicam incidiſſe in homines cupidos rerum*
      - Non *tam commutandarum,*
      - Quàm *euertendarum.*

tiſſimùm ſpectanda ſunt, | nà ſcribēda acceſſiſſet. Eiuſq; ἰνδίκτως ἀνάδοχ ingreſſus. | tuti & iudicij ſui reddendas, cur ad philoſophiæ ſcribendæ acceſſerit. Atque huic expoſitioni

- Deinde cùm demonſtrare uellet, ſeſe non modò maximis tempeſtatibus perturbata Repub. aliquid tamē boni aſſecutum eſſe, neq; inerti ocio trāſegiſſe tēpus, & plurimum profuiſſe ciuibus: ſed etiā florente & ſtāte illa, plurimùm operæ philoſophiæ dediſſe: diſtribuit hunc quaſi ætatis ſuæ decurſum & flexū in tempora Reipublicæ, quæ quadam ἀντίδοσιν inter ſe cōfert. Fuêre enim ea
  - Aut bona, uel etiā mediocria, incolumi ſcilicet ſtatu rerum Romanarū: ſed tum duo ei potiſſimū agere licuit,
    - Primùm enim
      - Plus in agēdis cauſis operæ Ciceroni ponere conceſſum fuit:
      - Quàm in ſcribēdo, quod ipſum in tanto concurſu maximarum occupationū ereptum ei fuit.
    - Deinde ſi omnino ſcribendi poteſtas ipſi facta fuiſſet:
      - Multo libentius ſcriptis mandaſſet actiones forēſes, & orationes:
      - Quàm philoſophiæ Latinis literis lucem aliquam (id quod optatiſſimum quidem illi, ſed tamen difficillimum fuit) attuliſſet.
  - Aut mala, quibus nulla fuit Reſpublica oppreſſa, ſcilicet illa dominatione C. Iulij Cæſaris. Atq; tum
    - Primùm quidem cōticuerunt, ſicut fieri neceſſe fuit, literæ
      - Forenſes,
      - &
      - Senatoriæ.
    - Deinde cùm non poſſet nō aliqd agere Cicero: extincto ſenatu, deletiſq; iudicijs, retulit ſeſe ad philoſophiam, duabus rationibus motus:
      - Vna, quòd iam inde ab adoleſcentia in ea perdiſcenda plurimùm operæ ſtudijq; poſuerat.
      - Altera, quòd inter Reipub. negocia, & dū floreret Cicero, ipſi tantùm legēdi, non ſcribendi ociū fuerat: Itaque ſeſe tum demum, cū uel iudicio, uel neceſſitate, uel uoluntate ſua, à Reipub. muneribus remoueretur, ad ſcribēdū acceſſiſſe. cōcluditq; hāc partē cōmemoratione τῶν αἰτιατῶν,
        - Primùm, ſeſe maximis in malis plurimū aſſecutū boni,
          - Non modò recolenda philoſophia:
          - Verùm etiam ea ipſa illuſtranda, quæ antea nullum habuiſſet lumē Latinarū literarum.
        - Deinde, profuiſſe ſeſe ciuib⁹ ſuis literis mādando
          - Cum ea quæ neceſſatis erāt nota Romanis:
          - Tum cognitione digniſſima forent.

TABVLA II. PARTIS SECVNDÆ IN HOC PROŒMIO, De laudibus philoſophiæ. Quid eſt enim per deos optabilius, &c.

Altera proœmij pars tota eſt μῦθος ἐγκωμιαστικόν. Nam in ea commendat, & accendit ac inflāmat ad ſtudium philoſophiæ homines Cicero. Agit autem potiſsimum tria:

- Primùm, *Philoſophiæ ἔτυμον demonſtrat, quod eſt ſtudium ſapientiæ, ſi interpretari uelis.*
- Deinde, *ipſam ſapientiam, quid ſit, definit. Eſt autem ſapientia (ut à ueteribus definitum eſt) rerum diuinarum & humanarum, cauſarumq́; quibus hæ res continentur, ſcientia.*
- Tertiò, *πίστιν πιστωσιν accōmodat ad faciendam fidem commendationis ſuæ. Ea autem πίστις continetur*
  - Primùm *breuiter, & uerbo tantùm. perſtrictis tātùm rationibus ſeu λήμμασι ἀσυμπεράντοις: id eſt, non integrè cōcluſis. Deeſt enim ἀνακεφαλαίωσις, complexio ſingulorum. Ducuntur autem*
    - I. Ἀπὸ τῆς ὑπεροχῆς. *Quid præſtantius?* *Sapientia nihil eſt præſtantius: Ergo, Sapientia minimè uituperanda.*
    - II. Ἀπὸ τοῦ αἱρετοῦ. *Quid optabilius, aut magis expetendum?* *Sapientia nihil eſt optabilius: Ergo, Sapientia omni laude digna.*
    - III. Ἀπὸ τοῦ ἀρίστου ἀγαθοῦ. *Quid melius?* *Sapientia nihil eſt melius: Ergo, Sapientia nulla uituperatione minui debet.*
    - IIII. Ἀπὸ τῆς ἀξιοτίμου. *Quid dignius?* *Sapientia nihil eſt dignius: Ergo, Sapientiæ nullum crimen impingi poteſt.*
  - Deinde *copioſius expoſitis & plenius oſtenſis argumētis agit, eaq́; præcedit Rhetorum & oratorum more ἀποδείξεσι: Non eſſe cur quis plus laudandam aliam rem ullā putaret, uituperata ſapientia. Eius rei probationes*
    - Partim *ad οἰκείαν commendationem ſapientiæ pertinent, & ducuntur*
      - I. *À cauſa efficiente ad effectum.* Ἀπὸ ποιητικοῦ αἰτίου πρὸς τὸ αἰτιατόν. *Sapientia oblectat & recreat animum: Ergo, Sapientia minimè uituperanda.*
      - II. *Similiter ab effectibus ſapiētiæ.* *Sapiētia eſt uirtutis uniuerſæ fons: Ergo, Sapientia nulla uituperatione deprimi debet.*
    - Partim *probāt ſapientiam contineri παραδείγμασι, rationibus ſumptis*
      - 1 Ἀπὸ τοῦ ἥττονος πρὸς τὸ μᾶλλον, *À minori ad maius affirmatiuè:* *Res minimæ requirunt aliquam ſcientiam: Ergo, Sapientia res maxima, multo magis requirit ſcientiam.*
      - 2 Ἀπὸ τῶν καθόλου, *ab uniuerſali ad particulare:* *Extra ſapientiam nulla eſt diſciplina, uel omnes diſciplinæ continentur ſtudio ſapientiæ: Ergo, Virtutis quoque diſciplina ex ea petenda eſt.*

TERTIA TABVLA PARTIS TERTIÆ, IN HOC PROŒMIO continet refutationem criminis, cur præter morem Academiæ recentioris, traderet κατάληπτα, καὶ τὰ περὶ τοῦ καθήκοντος, id eſt, præcepta de officijs. Occurritur nobis, &c.

Tertia pars huius procœmij tota eſt ἀντικατηγορικὴ καὶ ἀπολογητικὴ reſpōſoria & excuſatoria: itē προκαταληπτική. nam ipſe initio huius partis, præuertit iniquas aduerſariorum criminationes. Quare rectè diſtribuetur hæc pars in duo, uidelicet

- In κατηγορίαν, criminationem, quæ eſt eiuſmodi:
  - Qui eius ſectæ eſt quæ negat quicquam percipi poſſe, is ſi contrà ſtatuat, inconſtans & leuis eſt:
  - Tu Cicero es eius ſectæ, quæ negat quicquam percipi poſſe:
  - Ergo tu Cicero, quia modò aſſeris, modò negas, inconſtans & leuis es.
- In ἀπολογίαν, quam refutatione criminis cōtineri neceſſe eſt. Probat autem, nec ſe leuem eſſe, & diſputationem πρὸς ἀμφότερα neceſſariam, argumentis ſumptis
  - I. Ἀπὸ τῶν τοῦ βίου προγεγονότων,
    À præterita & anteacta uita:
    Meus animus nunquam uagatus eſt errore: Ergo,
    Ego non ſum inconſtans.
  - II. Ἀπὸ τῶν τῆς ἀκαταληψίας ἀτοπιῶν,
    Ab incommodis quæ ſequuntur ſublatam perceptionem:
    Qui omnem κατάληψιν è medio tollit, is uitam tollit:
    Ego autem uitam non tollo: Ergo,
    Ego perceptionem non tollo.
  - III. Ἀπὸ τοῦ τῶν ἀκαδημικῶν νεωτέρων ἤθους,
    À more diſputationis Academicorum nouorum:
    Nos alia probabilia, alia improbabilia dicimus: Ergo,
    Longè ab his diſſentimus, qui dicunt nihil percipi.
  - IIII. Ἀπὸ τῆς αἱρέσεως, à ſecta quam ſequitur:
    Mihi, ut Academico, ſequi licet probabilia: Ergo,
    Mihi diſſerendum de quibuslibet. Cuius ἐπίμετρα hæc ſunt,
    - I. Probabile ultrò citroq; emergit diſſerendo:
      Probabile ergo eget diſputatione.
    - II. Academici noui, quid probabile in primis ſit, quærunt:
      Ergo Academicis eſt diſputandum.
    - III. Academici diſceptant, ad reperiendum probabile:
      Ergo ipſi non ἁπλῶς, ſed πῶς, reſpectu probabilitatis ἀκαταληψίαν ſtatuūt. Quamdiu enim non fuerit in utraſq; partes diſputatum, negant quicquam ſciri aut percipi poſſe: qua in ſententia ego quoque ſum:
      Ergo non ſum leuis.

TABVLA IIII. DE VERA VTILITATE, QVÆ CVM honeſtate coniuncta eſt. Quinque igitur rationibus propoſitis, &c.

- Tres *ſunt huius loci partes:*
  - Prima *pars eſt μέρος ἐπανaληπτικόν. Repetit enim quinquepartitam à ſeſe primo libro propoſitam deliberandi rationem, cum διαίρεσιν, diſtinctione harum inter ſe: eo conſilio, ut quæ harum partium perfecta ſit, planum fiat. Sunt autem*
    - Duæ ad decus *honeſtatéq; pertinentes, ut*
      - *Honeſtum.*
      - *Comparatio duorũ honeſtorum.*
    - Duæ ad commoda uitæ, *ad opes & copias,*
      - *Vtile,*
      - *Cõparatio utilium.*
    - Quinta, *ad eligendi iudiciũ, ſi quando ea quæ ſuprà dicta ſunt, pugnare inter ſe uiderentur.*
  - Altera, *δεύτερον μέρος, habet σκόπον καὶ περιοχήν, argumentum huius Secundi libri. Ait enim nunc ſeſe acturum de eo, quod* VTILE *appellatur.*
  - Tertia *pars eſt*
    - Partim *μεμπτικὸν reprehenſoria, quòd lapſa conſuetudo ſenſim deflexiſſet de uia, eoq; deducta eſſet, ut honeſtatem ab utilitate ſecernens, cõſtitueret eſſe honeſtum aliquod, quòd utile non eſſet: & utile, quod non honeſtum,*
    - Partim *πιστωτικὸν, argumentoſa. Probat enim, fieri nullo modo poſſe, ut dirimatur ab honeſto utile, & ab utili honeſtum, Syllogiſmo integro:*
      - *Omne iuſtum, eſt utile:*
      - *Omne honeſtum, eſt iuſtum.*
      - *Omne ergo honeſtũ, eſt utile.*

TABVLA V. DE DISTINCTIONE VTILIVM ET INVTILium rerum. Quæ ergò ad uitam hominum tuendam pertinent, &c.

Sequitur nunc partitio omniũ rerũ utiliũ, de quibus hoc in libro ſibi propoſuit Cicero agere. Eſtq; longè pulcherrima doctrina de ortu rerum omniũ, quę utiles inutilesq; appellari cõſueuère, quomodo ea per ſolam uirtutem concilia̋da ſint. Quę ergo ad uitã hominum tuendam pertinẽt,

- Aut ſunt ἄψυχα, inanimata, de quibus ſine animatarũ rerum explicatione intelligi nihil ſanè poteſt.
- Aut ſunt ἔμψυχα, animata: eaq;
  - Vel ἄλογα, rationis expertia.
  - Vel ἔλογα, ratione utentia: quorum
    - Vnum genus, Deorum.
    - Alterum hominum, quorum
      - Manus
      - Ars
      - Adminiſtratio

      Partim
      - Prodeſt
        - Vitę, cui ſeruiunt
          - Inanimata: ut ſunt quæ dicũtur
            - Valetudinis curatio,
            - Nauigatio,
            - Agricultura,
            - Frugum & fructuum perceptio,
            - Exportatio,
            - Inuectio,
            - Metallorum effoßio,
            - Tectorum extructio,
            - Ductus aquarum,
            - Deriuatio fluminum,
            - Agrorum irrigatio,
            - Moles oppoſita fluctibus,
            - Portus manu facti.
          - Beluæ
            - Vſus beluæ,
            - Paſtus, & Domatio equorum,
            - Nocentia interimuntur,
            - Vtilia capiuntur.
        - Ho- [mini]
          - Artes ſeruiũt: ut
            - Cultura agrorum,
            - Vrbium ædificatio.
            - Legum, Morum, Iuris — diſciplina.
            - Manſuetudo,
            - Verecundia,
            - Permutatio opum.

mini

- mini
  - Virtutes
    - In perſpiciendo uero, falſoq́;:
    - In cobibendis appetitibus:
    - In moderata cōſuetudine hominum, quorū ſtudijs
      - Partim quæ natura deſiderat { Expleta / Cumulataq́; } habeamus.
      - Partim uerò
        - Cùm propulſemus, ſi quid nobis importetur incommodi
        - Tum tanta afficiamus pœna eos qui nos læſerunt, quantam
          - Æquitas Humanitasq; patitur. Atq; in talibus hominū opibus & ſtudijs tātum momenti poſitum eſſe affirmat, ut etiam quæ fortuita ſint, ſine adiumentis hominū neutrā in partem effici poſſe arbitretur. Eaq́; occaſione diſtribuit uniuerſam uim fortunæ in
            - Secundas res, ut ſunt
              - Honores,
              - Imperia,
              - Victoriæ.
            - Aduerſas, quarum caſus
              - Aut ſunt rariores, profecti
                - Partim ab inanimis: ut ſunt
                  - Procellæ,
                  - Tempeſtates,
                  - Naufragia,
                  - Ruinæ,
                  - Incendia.
                - Partim a beſtijs: ut ſunt
                  - Ictus,
                  - Morſus,
                  - Impetus.
              - Aut ſunt crebriores: ijq́;
                - Vel multorum ſimul: ut interitus exercituū uniuerſorum.
                - Vel paucorū: ut
                  - Imperatorum clades.
                  - Benè meritorum ciuiū
                    - Expulſiones,
                    - Calamitates,
                    - Fugæ.
- Obeſt
  - Bello,
  - Seditione,
  - Diſcordia.

TABVLA VI. QVIBVS MODIS HOMINES HOMInibus obſtringi ſoleant. Quæcunque igitur homines,&c.

- *Quia homo homini ſummopere poteſt prodeſſe, demonſtrat deinceps Cicero hoc loco duo potiſsimum:*
  - Primùm, *quas ob cauſas homines hominibus multa tribuant, ad eos augendos atque honeſtandos.* Nam
    - Aut *beneuolentiæ gratia id faciunt.*
    - *Aut honoris, cuius uirtutem ſuſpiciunt.*
    - *Aut cui fidem habent.*
    - *Aut quia opes alterius metuunt.*
    - *Aut largitionibus capti.*
    - Aut *ob propoſitam mercedem: quam rationem*
      - Primùm *quidem, ut uitioſam, in genere totam reprehendit.*
      - Deinde *temporibus neceſſariam ait: ideoq; de ea ſe diſputaturum.*
  - Deinde, *quas ob cauſas totos ſe ſubijciant alterius poteſtati. Ducuntur enim*
    - Aut *beneuolentia,*
    - *Aut beneficiorum magnitudine,*
    - *Aut dignitatis præſtantia:*
    - *Aut ſpe, utile id ſibi futurum.*
    - *Aut metu, ne ui parêre cogantur.*
    - *Aut ſpe largitionis promißionisq; capti.*
    - *Aut poſtremò mercede conducti.*

TABVLA VII. DE COMPARANDA BENEVOLENTIA & amore hominum. Rerum autem omnium, &c.

- Ex ijs quæ propoſuerat Cicero, quorum cauſa aut tribuerent homines hominibus aliquid, aut ſubijcerēt ſe alterius poteſtati: primum de beneuolētia ſibi tractandum ſumit. Sunt autē quatuor huius loci partes:
  - Πρῶτον μέρος ὑφηγητικὸν καὶ παραινετικόν. Præcipit enim de beneuolentia comparanda, & fugiendo metu. Ideo hic ſunt duplicia præcepta,
    - Beneuolētiæ, τῆς εὐνοίας: eaq; παραγγέλματα tria
      - I. Rerum omnium nihil eſt aptius ad opes tuendas, quàm diligi: nec alienius, quàm timeri: — Eſtq; præceptum ex partibus contrarijs.
      - II. Beneuolentia fidelis eſt, uel ad perpetuitatem.
      - Tertiò
        - Non ſolùm prodeſt ad incolumitatem:
        - Verùm etiam ualet plurimum
          - Ad opes,
          - Ad potentiam, ut
            - Charitas retineatur,
            - Metus abſit.
    - Metus, τὸ φόβου, cuius fugiendi præcepta
      - Partim ex Ennio adducuntur, ſuntq;
        - Ἀπὸ αἰτιατοῦ τοῦ φόβου, ab effectu ſeu odio, quod producetur è metu. Ideò ait: Quem metuunt, oderunt.
        - Ἀπὸ συνεπομένου τοῦ μίσους. Nam, quem quiſque odit, perijſſe expetit.
      - Partim ἐκ τῶν ἐκβάντων, καὶ τῶν προγεγονότων: hoc eſt, de exitu
        - Cùm Iulij Cæſaris, hunc enim tyrannum appellat:
        - Tum reliquorum, qui libertatem patriæ armis oppreßiſſent.
      - Partim tractantur συγκρίσει, comparatione duplici, τῶν ἀντίων
        - Cùm pugnantium, ut ſunt beneuolentiæ & metus. Nam
          - Sicut metus, malus eſt cuſtos diuturnitatis:
          - Ita beneuolētia fidelis eſt, uel ad perpetuitatē.
        - Tum contrariorum, ut
          - Oppreſſorum ui, qui imperio coërcendi ſunt, itemq; ſeruorum, in quos ſæuitiam adhibendam docet.
          - Liberorum, apud quos ſi qui ita inſtruant ſeſe, ut metuantur, his nihil poteſt eſſe dementius.
  - Δεύτερον μέρος ἱστορικόν. nam ad demonſtrandum poſterum, quantopere obfuerit in Republica metus, utitur hiſtorijs
    - Tyrannorum
      - Dionyſii ſuperioris.
      - Alexandri Pheræi.
      - Phalaridis Agrigentini.
    - Gentium
      - Macedonum.
      - Lacedæmoniorum.

TABVLA VIII. IN QVA PAVLÒ ANTÈ EXPOSITA præcepta de beneuolentia comparanda, unà cum ſubiectis documentis hiſtoriarum, ad Rempublicam Romanam transfert Cicero. Verumtamen quamdiu, &c.

- Quàm diu imperium populi Romani tenebatur
  - Beneficijs,
  - Non iniurijs,
    - Secuta ſunt maxima cōmoda. Etenim
      - Bella gerebantur
        - Aut pro ſocijs,
        - Aut de imperio.
      - Exitus bellorum erant
        - Aut mites,
        - Aut neceſſarij.
      - Senatus erat
        - Portus,
        - Refugium
          - Regum,
          - Populorum,
          - Nationum.
      - Imperatores ſtudebāt, ut ſocios
        - Fide & Æquitate
          - cōtinerent.
- Reliquæ ſunt duæ partes huius de beneuolentia
  - Tertia, in hac præcepta metus & beneuolentiæ primæ partis, & hiſtorias ſecundæ, trāſfert ad Rēpublicā Romanam: & quid utrunque beneuolentia & metus profecerit, demonſtrat διαίρεσιν, diſtinctiōe diſ
  - Poſtea ſimulac hæc cōſuetudo eſt omiſſa, extitit ſum-
    - Primùm commemoratione
      - Cùm facinorum iniuſtorum
        - L. Syllæ,
        - C. Iulij Cæſaris.
      - Tum [illegible], ſeu quæ hinc profecta eſſent, incōmodorum,
        - Crudelitatis in ſocios:
        - Haſtæ poſitæ in foro:
        - Perditarum nationum:
        - Maßiliæ portatæ in triumpho:
        - Impunitorum ſcelerum:
        - Bellorum ciuilium:
        - Penitus denique amiſſæ Reipublicæ.
          - Hunc ὀδυρμὸν ſeu querelam
            - Partim κατ' αὔξησιν, amplificatione τῶν [illegible], præſentis uitæ ſtatum, indigniorē reddit, dum ait
              - Parietes urbis modò ſtare:
              - Eoſdē extrema ſcelera metuere:
              - Rempublicā penitus amiſſā eſſe:
                - Atque in has clades incidiſſe Romanos, ob ſæpius memoratam cauſam:
                  - Quòd metui
                  - Quàm diligi
                    - mallent.

- *neuolentia loci:*
  - *ſimilimorum tempo rum. Nam*
    - *ma cru delitas: quod docet*
      - Partim *προῤῥησιν τῶν μελλόντων, quæ futura ſunt etiã. inde colligit*
        - Primùm, *quòd impunitate ſcelerum propoſita, nunquam defutura ſint ſemina bellorum ciuilium.*
        - Deinde, *eam oppreßionem qua populus Romanus iniuſtè imperans afflictus eſt, ſingulis eſſe pertimeſcendam.*
      - Deinde *ἐπαναλήψει & ἀναμνήσει, repetitione & mentione rurſus facta ſuperiorũ, ubi ſe non continet, quin in autores illarum miſeriarum, & omni ſcelere laceratæ patriæ, liberius paulò incurrat, ut fuerunt*
        - *L. Sylla.*
        - *C. Cæſar.*
          - *Quorũ nefaria oppreſſione*
            - *Libertas patriæ perijt.*
            - *Haſta in foro poſita eſt.*
            - *Ciues optimi aut*
              - *Trucidati,*
              - *Proſcripti,*
              - *Malè mulctati.*
  - Quarta *pars cõſtat*
    - Partim *tranſitione, μεταβάσει καὶ παρεκβατικῇ, digreßione qua trãſitum ſibi præparat ad ſequentia:*
      - Nam *cùm perſpicuũ ſit beneuolentiæ uim eſſe magnam, metus imbecillem, ſequi ait, ut de ijs rebus diſſerat, quibus cum honore & fide aſſequimur charitatem: in qua quidem charitate uidendum*
        - *`A multis'ne opus ſit,*
        - *An ſatis à paucis diligi. nam*
          - *Honore,*
          - *Gloria,*
          - *Beneuolentia ciuium*
            - *Fortaßis non omnes egent.*
    - Partim *propoſitione, ἐκθέσει.*
      - *Ait enim, ſeſe nunc deinceps diſputaturum de gloria, quandoquidem ea in rebus maioribus adminiſtrandis plurimũ adiuuat.*

TABVLA IX. QVIBVS IN REBVS CONSISTAT PERfecta gloria: & de prima comparandæ illius ratione per fauorem multitudinis. Summa igitur & perfecta, &c.

- **De gloria,** *ita ut paulò antè propoſuerat, dicturus Cicero,*
  - **Primùm** *quidem tribus ait rebus contineri illam ſummam et perfectam,*
    - *Si diligit multitudo,*
    - *Si fidem habet,*
    - *Si eum admiratione quadã, honore nos dignos putat.*
      - *Atq; huic* κοινὰ μερικῶν, *partitioni expoſitæ, adiungit* παράγγελμα
        - **Quòd** *hæc tria iiſdem artibus comparentur,*
          - **Partim** *apud ſingulos,*
          - **Partim** *apud uniuerſos, ſeu multitudinem.*
  - **Deinde** *ordinatim proſecuturus ſingula tria, quæ ad gloriã aſſequendam pertinere indicaret: differit de prima ratione comparandæ illius per beneuolentiam multitudinis, quæ allicitur & mouetur*
    - **Primùm** *quidem omnium beneficijs.*
    - **Deinde** *benefica uoluntate, etiamſi res fortè non ſuppetit.*
    - **Tum** *uehementer amor multitudinis cõmouetur fama & opinione*
      - *Liberalitatis,*
      - *Beneficentiæ,*
      - *Iuſticiæ,*
      - *Fidei,*
      - *Earũq; uirtutũ quæ pertinent*
        - **Ad** *mãſuetudinẽ morũ,*
        - **Ac** *facilitatem.*
          - *Atq; idcirco illos, in quibus eas uirtutes eſſe remur, à natura ipſa diligere cogimur: quia illud ipſum qđ*
            - **Decorum Honeſtumq;** *eſſe diximus*
              - **Primùm** *quidem per ſe nobis placet.*
              - **Deinde,** *animos omnium* **Natura** *&* **Specie** *ſua commouet.*
              - **Poſtremò,** *maximè perlucet ex his quas memoraui uirtutibus.*

TABVLA X. DE ALTERA RATIONE COMPARANDÆ ueræ gloriæ, per fidem. Fides autem ut habeatur, &c.

- Digreditur nunc ad alteram rationem cōparandæ ueræ gloriæ, per FIDEM. Ac
  - Primùm docet, duas maximè coniunctas uirtutes, ad fidem parandam neceſſarias eſſe:
    - Φρόνησιν, PRVDENTIAM, cuius hæ ſunt ueræ notæ,
      - Plus intelligere quàm alij.
      - Futura proſpicere.
      - Cùm res agatur,
      - In diſcrimenq́; uentum ſit, rem expedire.
      - Conſilium extemporè capere.
    - Δικαιοσύνην, IVSTICIAM. Atque hic
      - Partim demōſtrat quādo uel quomodo
        - Iuſtis / Fidis / Bonis
        - hominibus fides habeatur: tum ſcilicet, cùm nulla in his fuerit
          - Fraudis / Iniuriæq́;
          - ſuſpicio.
      - Partim uerò, talibus rectiſſimè committi arbitramur
        - Salutem noſtram,
        - Fortunas,
        - Liberos.
  - Deinde
    - Partim comparat has duas uirtutes, atque ait, iuſticiam longè præſtare prudētiæ,
      - Primùm, quia δικαιοσύνη ſit [illegible] αὐτάρκης καὶ καθ' αὑτὸ σθένουσα, ad integritatem exercēdam, & quòd ſine prudentia autoritatem illa ſuam tueri & retinere queat: contrà, Prudentia ſine iuſticia nihil ualeat ad faciendam fidem.
      - Deinde ἀπὸ τοῦ ἐκβάντος, ab eo quod communiter euenire ſolet, quod detracta opinione iuſticiæ & probitatis, quamlibet prudens quiſpiam, reddatur inuiſior hominibus. Atque tum hanc particulam includit, repetita ſententia quadam ἀποφθεγματικῇ,
        - Iuſticiam ſine prudētia multum poſſe:
        - Sine iuſticia nihil ualere prudentiam,
    - Partim κατὰ προκατάληψιν, occurrit criminationi eruditorū, qui multo aliter loquerentur de uirtutibus. Quare ſignificat, ſe loqui in hac diſputatione de Fide,
      - Non philoſophicè. Nam ita
        - Partim inter philoſophos conſtat.
        - Partim à Cicerone ſæpiſſimè dictum eſt,
          - Eum qui unam uirtutem haberet, omnes habere.
          - Itemq́; uirtutes ipſas nexu quodā inter ſe iugatas & iunctas, quaſiq́; hamis conſertas, ut diuelli non poſſent.
      - Sed populariter. nam ad opinionè cōmunem omnem hoc loco accōmodat orationem, ſeparatim ſecūdum certas uirtutes, cōmendando homines: ut cùm dicitur
        - Alios tantùm fortes
        - Alios tantùm bonos,
        - Alios tātū prudentes.
        - Sic hoc loco ſe loqui. Atque defendit id dupliciter:
          - Primùm, reſpectu opinionis eorū quibus hæc præcepit: hoc eſt, τῶν πλειόνων, uulgi & multitudinis.
          - Deinde, ἀξιώματι, autoritate Panætij, qui conſimilem ad modum his de rebus diſſeruerit.

TABVLA XI. DE TERTIA RATIONE COMPARANDÆ VERÆ gloriæ per admirationem. Ac primùm, è quibus cauſis proficiſcatur admiratio, & huic contraria deſpicientia: deinde, de laudibus iuſticiæ. Erat igitur ex tribus, &c.

- **Reſtat** *tertia cōparandæ ueræ gloriæ ratio, per admi-*
  - **In prima** *eius parte* Cicero col-
    - **Admirationis,** *quæ eſt ex rebus tribus maximis:*
      - **Primùm,** *cùm*
        - **Vel** *in genere ea magni fiunt, quæ communem hominum captum excedunt, quæq; præter opinionem ſuam eſſe uulgus animaduertit.*
        - **Vel** *ſeparatim in certis, aut ſingulis perſpiciuntur*
          - *Quædam eximia bona.*
          - *Quædã uirtutes*
            - *Excellentes,*
            - *Singulares,*
      - **Deinde** *admiratione afficiũtur hi, qui*
        - **Et** *anteire cæteros uirtute putãtur: qualis eſt*
          - *Magnitudo animi, μεγαλοψυχία.*
          - *Iuſticia δικαιοσύνη, ex qua una boni uiri nominãtur: quæq; mirifica quædã res multitudini uidetur. Nec iniuria: nemo enim iuſtus eſſe poteſt, qui*
            - **Aut**
              - *Mortem*
              - *Dolorem*
              - *Exilium*
              - *Egeſtatem*
              - *timet.*
            - **Aut** *ea quæ ſunt his contraria, æquitati anteponit:*
              - **Atq;** *ita hũc locũ cõcludit, oſtẽdendo illa tria, q̃ ad gloriã aſſequendã propoſita fuerant, ut*
                - *Beneuolentiam*
                - *Fidem*
                - *Admirationem,*
                - *omnia ex iuſticia proficiſci.*
        - **Et**
          - **Cùm** *omni carere dedecore,*
          - **Tum** *uerò his uitijs quibus non alij facilè poſſunt obſiſtere. Quorũ ex numero ſunt*
            - *1. Voluptates, blandiſſimæ dominæ, quæ ſæpe maiores partes animi à uirtute detorquent.*
            - *11. Contractio animi, cùm admouentur faces doloris.*
            - *111. Nimius amor*
              - *Vitæ,*
              - *Diuitiarum.*
            - *1111. Metus*
              - *Mortis,*
              - *Paupertatis.*

rationem

…rationē. Quem quidem totū locum in quatuor capita diſtribuere uiſum. Quare … ligit cauſas

- **Deſpicientiæ**, quo in loco duo animaduertenda:
  - **Primùm**, quos nam dicat peculiariter ab hominib. deſpici: eos uidelicet, in quibus
    - **Vel** { Nihil uirtutis, / Nihil animi, / Nihil neruorū } eſt.
    - **Vel**, deſpiciūtur ij, in quibus { Nullus labor, / Nulla induſtria, / Nulla cura } eſt.
  - **Deinde**, Διάκρισιν oſtendit inter CONTEMNERE SEV DESPICERE & malè exiſtimare: non enim omnes contemnuntur, de quibus malè exiſtimant homines. uerbi cauſa,
    - { Improbi, / Maledici, / Fraudulenti, / Ad faciendam iniuriā inſtructi, } Haud contēnuntur: ſed de his malè exiſtimatur.

- **In altera parte** huius loci, per occaſionem paulò antè factæ mentionis de iuſticia, docet quàm illa ſit neceſſaria ad admirationē. Duo autem hæc pars habet:
  - **Primùm** κατάφασιν, propoſitionem:
    - I. Γενικὴν generalem. Omnis ratio & inſtitutio uitæ, adiumenta hominum deſiderat, & iuſticiam requirit.
    - II. Μερικὴν particularem: Transfert enim genus ad ſpeciem. Nam ſi nulla uitæ pars iuſticiæ poteſt eſſe expers, ſequitur
      - **Cùm** { Solitarijs hominibus, / In agro uitā degētib. }
      - **Tum** ijs { Qui uendunt, / Qui emunt, / Qui conducunt, / Qui locant, / Qui contrahendis negotijs implicantur, }
      - Iuſticiam ad rem gerendā neceſſariam eſſe.
  - **Deinde**
    - **Partim** quanta ſit eius ipſius iuſticiæ uis declarat, in eo quòd ij qui maleficio & ſcelere paſcūtur, ſecundum eam uiuūt. Nam
      - **Primùm**, qui eorum cuipiam, qui unà latrocinātur, { Furatur aliquid / aut / Eripit } is, nec ſibi in latrocinio relinquit locum.
      - **Deinde** archipirata, niſi æquabiliter prædam diſpertiat, { Aut occidetur, / Aut deſeretur } à ſocijs.
      - **Poſtremò**, leges latronū eſſe dicuntur, { Quibus pareant, / Quas obſeruent. } Itaq; propter æquabilem partitionem prædæ, ditiſsimi euaſere { Bargulus Illyricus, / Viriatus Luſitan⁹. }
    - **Partim** ex ijs ipſis, quæ de latronum iuſticiæ obſeruatione commemorat, infert à minore ad maius [illegible],
      - **Primùm** { Si latronibus, qui maleficio & ſcelere paſcuntur, opinio iuſticiæ neceſſaria eſt: Ergo, multo magis proprius illius uſus erit, inter leges iudicia, & inſtituta Reipublicæ. }
      - **Vel** ſic, ſententia retenta eadem: { Si tanta iuſticiæ uis eſt, ut ea etiam latronum opes firmet atq; augeat: / Quanta eius erit uis inter { leges. / iudicia. / inſtituta. } }

TABVLA XII. VNDE ORTI MAGISTRATVS, ET QVAM ob cauſam leges ſint conditæ: tum de retinenda & tuenda uera admiratione. Mihi quidem non apud Medos, &c.

- Reliquæ ſunt duæ partes, Tertij buius de cō
  - Tertia, in qua docet neceſſariam obſeruationẽ iuſticiæ fuiſſe, αἴτιον ποιητικὸν, efficientem cauſam,
    - Partim magiſtratuum, τῶν ἀρχόντων: ac regum, τῶν βασιλέων.
      - Nam cùm premeretur initio multitudo ab his qui maiores opes habebant, ad unum aliquẽ confugiebant uirtute præſtantem: qui cùm prohiberet iniuria tenuiores, æquitate conſtituenda, ſummos cum infimis pari iure retinebat. Ex quibus rurſus dupliciter colligere poſſumus,
        - Primùm
          - Partim ἀπὸ γενέσεως καὶ ποιητικῶν, ab ortu & efficiente cauſa magiſtratuũ: ut
            - Iuſticia bona eſt,
            - Magiſtratus ergo bonus, qui illius conſeruãdæ cauſa creatus eſt. ὧν γὰρ αἱ γενέσεις τῶν ἀγαθῶν, καὶ αὐτὰ ἀγαθά.
          - Partim uerò ab effectu ad cauſam, ἀπὸ αἰτιατῶν,
            - Magiſtratus boni ſunt:
            - Ergo iuſticia, quæ cauſa fuit creandorum illorum, bona eſt. ὧν γὰρ τὰ αἰτιατὰ ἀγαθά, καὶ αἱ γένεσις.
        - Deinde ἀπὸ φθαρτικῶν, ab interitu:
          - Interitus oppreſſionis iniquæ & uiolentæ bonus eſt:
          - Ergo res ipſa mala. ὧν γὰρ αἱ φθοραὶ τῶν ἀγαθῶν, αὐτὰ τῶν κακῶν.
    - Partim legũ, τῶν νόμων, qui ſunt νόμοι γεγραμμένοι
      - Harum αἴτιον τελικὸν demonſtrat, id eſt, quem in uſum ſint inuentæ: ut cùm omnibus ſemper una atque eadem uoce loquerentur.
        - Ita concludit hanc partem, omni ratione colendam & retinendã iuſticiam
          - Tum propter ſe,
          - Tum propter amplificationẽ
            - Honoris,
            - &
            - Gloriæ.

parandæ

parandæ uera admiratione loci:

- **Quarta,** *ut ea docet de tuenda admiratione: ſicut in ſuperioribus tribus, de comparanda illa egit. Tractat autem hanc partē*
  - I. **Autoritate,** ἀξιώματι
    - *Socratis, qui hanc uiam ad gloriam proximam dicebat: ut qualis haberi quis uellet, talis eſſet.*
  - II. **Sententijs,** ταῖς γνώμαις:
    - *Quòd ſi qui ſimulatione & inani oſtenſione, ficto non modò ſermone, ſed etiam uultu, ſtabilem ſe gloriam conſequi poſſe rentur, errant.*
    - *Vera gloria radices agit, atque etiam propagatur.*
    - *Ficta omnia celeriter tanquam floſculi decidunt; nec ſimulatum quicquam poteſt eſſe diuturnum.*
  - III. **Exemplis,** παραδείγμασι.
    - *Tiberij Gracchi patris, laudati uiri.*
    - *Filiorum eius, qui obtinent numerum iurè cæſorum.*
  - IIII. **Præceptis,** παραγγέλμασι
    - **Generalibus:** *Qui adipiſci ueram iuſticiæ gloriam uolet, is ſit, qualis haberi uult.*
    - **Specialibus,** [illegible], *quæ obſeruari debent*
      - **Primùm,** *ab his qui ab ineunte ætate habēt cauſam celebritatis.*
        - **Aut** *à patre acceptam: cui parti* [illegible], *infert* πλαγίαν παράκλησιν, *obliquam cohortationem ad filium, ne ſe tanto patrè indignum præſtaret.*
        - **Aut aliquo**
          - *Vel caſu,*
          - *Vel fortuna: in eo igitur inquiritur,*
            - *Quid agat:*
            - *Quemadmodum uiuat:*
            - *Quaſiq; in clariſſima luce uerſetur:*
            - *Ita non poteſt eſſe obſcurum eius ullum*
              - *Vel dictum,*
              - *Vel factum.*
      - **Deinde,** *his quorū prima ætas propter humilitatem obſcura eſt:*
        - *Nam ij ſimulac iuuenes eſſe cœperūt,*
          - **Primùm,** *debent magna ſpectare.*
          - **Deinde,** *ad ea rectis ſtudijs debent contendere.*
        - *Hanc partem firmat annexa* ἀντιλογία, *quia huic ætati*
          - *Non modò nō inuidetur:*
          - *Verùm etiam fauetur,*

TABVLA XIII. DE OFFICIIS ADOLESCENTVM, QVIbus ad ueram laudem & gloriam eniti debent. Prima igitur adoleſcenti, &c.

SEQVVNtur nunc præcepta, quibus ad gloriam conſequendam inſtrui poſſint adoleſcentes, ſiue obſcuro ſiue claro loco oriundi, quorum paulò antè mentionem fecerat. His igitur nũc ea ὑπ' ὄψιν ſubijcit & demonſtrat, quib⁹ laudem aliquã nominis & famæ adipiſci queãt. Diſtribuit autem hæc uniuerſa παραγγέλματα in labores & operas:

- Corporis, *τοῦ σώματος, ut ſunt res bellicæ, πολεμικαὶ πράξεις, quæ perficiuntur*
  - Labore *equeſtri, τῷ ἱππικῷ,*
  - Iaculando, *τοξευτικῷ,*
  - Tolerando *labore*
    - *Publico, δημοσίῳ*
    - *Priuato, ἰδιωτικῷ*
    - *Militari, πολεμικῷ*
    - } *πόνῳ.*
  - Reliquis *rebus.*
- Animi, *τῆς ψυχῆς, cuius curæ & ſtudia occupãtur circa*
  - Virtutes, *ut ſunt*
    - *Modeſtia,*
    - *Pietas in parentes,*
    - *Beneuolentia in ſuos.*
  - Cõſuetudines *cum probatis hominibus, unde celebres redditi ſunt*
    - *Pub. Rutilius.*
    - *L. Craſſus.*
    - *Demoſthenes.*
  - Studia orationis, *cuius uis duplex eſt:*
    - Vna *ſermonis & cotidianæ conſuetudinis, quæ ſi benigna fuerit, mirificè conciliat homines. quod docet exemplis*
      - *Philippi ad Alexandrum.*
      - *Antipatri ad Caſſandrum.*
      - *Antigoni ad Philippum.*
    - Altera *contentionis, quã eloquentiã dicimus, cuius δεινότης maximè in iudicijs relucet, quæ ſunt*
      - Accu*ſationis ceterarumq́ue cõ-tentio-*
        - Aut *ſimpliciter probantur, quod docet exemplis*
          - *M. Antonij.*
          - *L. Craßij.*
          - *P. Sulpitij.*
        - Aut *egent præceptis, q.*
          - Cur *accuſandũ. faciẽdum autẽ hoc*
            - *Vel Reipublicæ cauſa, ut duo Luculli:*
            - *Vel patrocinij gratia, ut Cicero pro*
              - *Sardis.*
              - *Siculis.*
          - Quoties, *ſemelne, an ſæpe.*

tentio-

- tentiones
- bus instruamur
  - Quæ uitanda
    - Ne periculum capitis inferas multis.
    - Ne quem innocētem in iudicium uoces: cuius facti indignitatem [illegible] atrociorem reddit, [illegible], à fine eloquētiæ, quæ à natura data eſt
      - Ad ſalutem bonorum.
      - Ad conſeruationem: quo eſt dignius, eam conuertere ad cōmunem
        - Perniciem
        - Peſtem
- Non tamē religioni cōtrarium eſſe ait, aliquādo defendere
  - Nocentes,
  - Neſarium,
  - Impiū, quod hoc
    - Multitudo uelit.
    - Patiatur conſuetudo,
    - Ferat humanitas. cui parti cōnectu [illegible] tenenda,
      - Cum iudici:eius enim eſt, uerum ſequi.
      - Tum patrono, huius defendere
        - Nonnunquam uериſimile.
        - Etiamſi minus ſit uerum.
- Defenſionis: quæ ſuſcipitur
  - Vel pro ſcelerato & nefario:
  - Vel pro eo qui potentis alicuius opibus circumuenitur: ut Cicero fecit
    - Pro S.Roſcio Amerino.
    - Contra L. Syllæ dominationes.

TABVLA XIIII. DE DVOBVS GENERIBVS LIBERAlitatis, & horum inter ſe comparatione. Sed expoſitis adoleſcentum officijs, &c.

Cùm ſint duæ partes iuſtitiæ: una, iuſtitia ex qua ui ri boni dicuntur: altera, beneficentia ac liberalitas: tradit nunc deinceps de hac poſteriore, eiq; parti implicat largitionũ uniuerſam rationem, ac præcepta de beneficijs dandis, & alia item quæ ſuperius de rationibus, quibus homines hominibus obſtricti gerentur, propoſuerat:

- **Vnam,** *quæ opera benignè fit indigentibus, quæ q̃dem ratio*
  - **Primùm** *uiro forti eſt*
    - *Lautior,*
    - *Splendidior,*
    - *Dignior.*
  - **Deinde,** *quia ex uirtute depromitur, ideo melior eſt ſuperiore.* Quod probat
    - **Partim** *ratione, πίστει ἀτέχνῳ, quæ*
      - **Cùm** *aliunde petitur*
        - I. *A dignitate, ἀπὸ ἀξιώματος*
          - *Conſilium & ſimilia ſtudia gratificandi, ſunt digniora:*
          - *Ergo præponenda pecuniæ.*
        - II. *Ἀπὸ ποιητικῶν, ab ijs unde proficiſcitur conſilium.*
          - *Conſilium eſt opus quoddam animi:*
          - *Animi autem opera multo meliora:*
          - *Conſilium ergo multo melius.*
      - **Tum** *ex duobus, ab effectis, argumentis ſumptis, ἀπὸ ἐκβάντων.*
        - *1. Qui pluribus profuerint, plures adiutores habebunt:*
          Homines induſtrij multis pſunt: Ergo,
          Homines induſtrij plures adiutores habebunt.
        - *11. Qui operam uirtutis exercent, fiunt indies promptiores:*
          Homines benefici perpetuò uirtutem exercent:
          Ergo fiunt indies promptiores.
    - **Partim** *ἀξιώματι, autoritate ἐπιστολῆς ἐπιτιμητικῆς, epiſtolæ increpatoriæ egregij Macedonum regis Philippi, qui Alexãdrum filium obiurgaſſet, q; largitione nimia corrumperet Macedones. Atque eius epiſtolæ locorũ potiſſimum duorum ἐξήγησιν, interpretationẽ Cicero inſerit, σύγκρισιν comparatione illorũ inſtituta, ad ἔπαινον laudem Philippi.*
      - **Primùm** *quòd benè appellaſſet Alexandrum*
        - *Miniſtrum, Præbitorem,* — *quia ſordidum regi.*
      - **Deinde,** *quòd melius largitionẽ dixerat corruptelam. quem locum παράφρασιν τῆς αἰτίας τὴν explicat. duo enim hinc ſequi docet incommoda: nam qui accipit,*
        - **Primùm** *fit deterior.*
        - **Deinde,** *ad expectandũ paratior. Atq; ita concludit doctrinam de benignitate ea, quæ proficiſcitur è uirtutis opera, à loco προσοχῆς attentionis. Non hoc modo Alexãdro, ſed omnibus præceptum eſſe uideri debere.*

poſuerat:

poſuerat: è quibus quidẽ treis potißimùm ad inuentionem officij accommodauit, in prudentia, fortitudine & iuſtitiæ prima parte: cuius nunc alterã partem beneficentiã duplicem facit:

- **Etſi** *κατ' ἀναστροφὴν τῆς τάξεως καὶ προσυπαντήσεως, per inuerſionem, hanc poſteriorẽ à priore ſtatim diſtinguit: eamq́; διαίρεσιν inſtituit*
  - **Primùm** *ἀπὸ εὐπεράντου,* *Quòd hæc largitio, locupleti ſit facilior:*
  - **Deinde** *à loco, quòd ex area petitur:*
  - **Poſtremò,** *ἀπὸ βλαβερῶν, ab incommodis quæ hinc ſequũtur: quòd hæc largitio fontem benignitatis exhauriat, additq́; ἀδυνατώτερον κατ' ἐπιφώνημα, quod hinc fiat, ut*
    - *Benignitate,*
    - *Benignitas tollatur.*

- **Alteram,** *cùm pecunia tenuioribus aliquid uel adiumenti, uel ornamenti ſubminiſtratur. Ac*
  - **Tamen** *poſtquàm de priore genere diſſeruerat, de hoc etiã poſteriore peculiariter præcipit. Quapropter, ne quis exiſtimet poſterius genus (hoc eſt, pecuniariã beneficẽtiam) prorſus eſſe repudiãdam, aut omnino non eſſe largiendum, tradit nũc etiam huius partis præcepta Cicero. Atque agit duo:*
    - **Primùm** *proponit*
      - *Quando,* — *largiendum* — *Nonnunquam, & ſæpe etiam:*
      - *Quibus,* — *largiendum* — *Hominibus idoneis:*
      - *Quomodo* — *largiendum* — *Diligenter atq́; moderatè.*
    - **Deinde**
      - **Partim** *κατ' ἀπαρίθμησιν, enumerat τὰ βλαβερὰ, incommoda profuſæ largitionis*
        - *Primùm enim inconſideratè largiendo, multi patrimonia effuderunt.*
        - *Deinde nihil ſtultius, quàm quòd libenter facias, curare ut id diutius facere nõ poßis.*
        - *Præter hæc, largitionẽ ſequuntur rapinæ, ut alienis bonis manus admoueant.*
        - *Poſtremò, odia eorum ſibi cõparant, quibus ademerunt bona, ut darent alijs.*
      - **Partim** *παραγγέλματα ſeu præcepta duo aurea tradit largitionis:*
        - **Vnum**, *non ita claudendam eſſe rem familiarẽ, ut eam benignitas aperire non poßit: nec ita reſerandam, ut pateat omnibus.*
        - **Alterum**, *meminiſſe nos debere, Largitionem non habere fundum. Sera enim in fundo parſimonia: quod Heſiodus ait, Ἔργων,*
          Μεσσόθι φείδεσθαι, δειλὴ δ' ἐνὶ πυθμένι φειδώ.

TABVLA XV. DE DVOBVS LARGORVM GENERIBVS.

Omnino duo genera ſunt largorum,&c.

- Hic locus dependet à doctrina, de duplici largitione. Cuius quidem ra-
  - Prodigi, de quibus nūc deinceps peculiariter agit. Ac
    - Primùm *ὑπογραφῇ descriptione quadam utriuſq; generis propoſita orditur, oſtendendo eos eſſe prodigos, qui*
      - *Epulis,*
      - *Viſcerationibus,*
      - *Gladiatorum muneribus,*
      - *Apparatu*
        - *Ludorum,*
        - *Venationū,*
      - *Pecuniam profundūt in eas res, quarum memoriam*
        - *Aut breuem,*
        - *Aut nullam omnino*
        - *ſint relicturi.*
    - Deinde
      - Partim *cōtrarias λόγους & iudicia exponit, de prodigis*
        - Cùm *Theophraſti, cuius mirabile in hac parte iudicium, πλαγίως obliquè, uel potius non diſsimulanter reprehendit, propterea quòd ſummoperè eiuſmodi profuſiones laudauit.*
        - Tum *Ariſtotelis, q omnino reprehēderet iſtiuſmodi effuſiones, quem Cicero ſequitur: eoq; magis, quòd ijs ipſis*
          - I. *Nec neceſsitati ſubueniatur,*
          - II. *Nec dignitas augeatur,*
          - III. *Et illa delinitio plebis breue tempus duret.*
          - Poſtremò, *ea quæ à ſe hactenus expoſitis conſequētia eſſent, annectit. Nam iſtiuſmodi largitiones*
            - *Aut probātur quidē*
              - *Pueris,*
              - *Mulierculis,*
              - *Seruis,*
              - *Seruorum ſimillimis.*
            - *Aut non probantur*
              - *Graui homini,*
              - *Ponderanti quæ ſiunt certo iudicio.*
      - Partim *temporibus neceſſariam eſſe prodigalitatē docet συγγνώμην προσνέμων: quāuis non ab omnibus ſimiliter, qui alta ſpectarent, ſumptus ſunt facti. Ideo hunc lo-*
        - Vel *maximos ſumptus feciſſe quoſdā in ædilitatibus: ut ſunt*
          - P. Craſſus.
          - L. Craſſus.
          - C. Claudius.
          - Lucullus.
          - Hortenſius.
          - Syllanus.
          - P. Lentulus.
          - Seaurus.
          - Milo.
          - *Eosq; reſpexiſſe demōſtrat*
            - *Neceßitatem, τὸ ἀναγκαῖον.*
            - *Vtilitatem, τὸ συμφέρον, ἢ χρήσιμον, ἢ ὠφέλιμον.*
            - *Nam tum fieri hæc ait, ſi acquirēda eſt res aliqua, tali populari largitione, aut*
              - *Maior.*
              - *Vtilior.*

lo, quo inc-

tio,quo melius intelligeretur, facit duo genera largorũ Horũ alij

cum tractat, oſtendendo

- **Vel** *ſine prodigalitate omnia ſumma cõſecutos quoſdã fuiſſe, ut ſunt*
  - L. Philippus.
  - C. Cotta.
  - Curio.
  - M. Cicero.

Partim *deniq;, quas in res utiliter, profuſiones iſtiuſmodi ſumptus fieri & debeant & poſſint, demonſtrat: inq; ea parte rurſus duo ſunt:*

- **Primùm** *oſtẽdit, quæ impenſæ meliores factæ uideri debeant, uidelicet in*
  - Muros.
  - Naualia.
  - Portus.
  - Aquarum ductus.
  - *Atque hic remouet αὐθυποφορὰν obiectionem, ductam ἀπὸ ὄψεως, quæ erat, largitiones pecuniarias in præſentia allubeſcere hominibus, τῇ ἀντιπαραθέσει contrarij temporis collatione, in poſterum quidem certè eas impenſas gratiores exiſtere, quamuis etiam in præſentia gratæ ſint.*
- **Deinde, de**
  - Theatris,
  - Porticibus,
  - Nouis tẽplis
  - *Κρίσεις infert, iudicia*
    - **Cùm** *ſuum, quo uerecundius illa ſe reprehenderè ait, propter Pompeium.*
    - **Tum** *Græcorum*
      - *Panætij*
      - *Phalerei*
      - *Qui prorſus nõ probaſſent. tandẽ hunc locũ cõcludit*
        - **Partim** *ἀποδείξει, quā nos ad hanc partem plenius cognoſcendam remittit, ad ſcriptos à ſeſe libros de Republica.*
        - **Partim** *generali κρίσει, quid in uniuerſum ſentiat de iſtiuſmodi largitionibus. ait enim, illas eſſe*
          - *Natura ſua uitioſas.*
          - *Temporibus neceſſarias.*
        - **Partim** *ὑποθέσει, utili ſubiectione, eas largitiones uidelicet eſſe*
          - *Ad facultatem accommodandas:*
          - *Mediocritateq; moderandas.*

Alteri *uerò liberales, de quibus poſtea: ſed nunc deſcribit etiam liberales, quòd ſint digni hoc nomine, qui ſuis facultatibus aut*

- *Captos à prædonibus redimunt.*
- *Æs amicorũ ſuſcipiũt, amicorũ cauſa.*
- *In filiorum collocatione adiuuant.*
- *Opitulantur in re uel*
  - *Quærenda,*
  - *Augenda.*

TABVLA XVI. DE PECVNIARIA LARGITIONE, QVÆ AB ijs proficiſcitur, qui & liberales ſunt, & quibus ſuppetunt ad largiendum copiæ. In illo autem altero genere, &c.

Poſt ea *quæ expoſuerat de primo genere largorum, atq; adeò de prodigalitate Cicero, accedit ad alterum genus illorũ, quod eſt liberalium. Et quia liberalitas dupliciter exercetur, pecuniaria largitione, & opera gratificandi (quæ quidem duo genera iam antè inter ſe contulit, cùm demonſtraret, utrum altero melius eſſet) præcipit nunc priore lo-*

- Aut *ſunt pauperes, & calamitoſi, in quos quidem*
  - *Propenſiorem eſſe uult benignitatem.*
  - *Sed addit* ἐπανόρθωσιν*: ita illos ſubleuandos, niſi digni fuerint calamitate.*
- Aut *non ſunt afflicti, ſed altiora ſpectant. Ac tum quidē*
  - Primùm *ſimpliciter, conatum progreſsionis illorum adiuuari uult, qui altiorem gradum aſcendere nituntur, ita ut ne ullo modo reſtricti ſimus.*
  - Deinde *καθ' ὑπόθεσιν, in deligendo iudiciũ adhibendũ præcipit. Eáq; ὑπόθεσιν ſubiectionē*
    - Partim *uerisimiliorem reddit autoritate uerſus Enniani, qui eſt,*
      - *Benefacta malè locata, malefacta arbitror. Cuius quidē ſtructura conſtat*
        - Cùm προσωποποιΐα.
        - Tum ἀντιστάσει *reciprocatione.*
    - Partim *magis perſpicuam, qualem uideri uelit, reddit tribus παραγγέλμασι, quibus oſtendit*
      - Cùm *quid fieri ſoleat. nam*
        - Primùm, *quod tributum eſt uiro* [bono, grato,] *in eo tum* [ex ipſo fructus eſt: etiam ex cæteris.]
        - Dein *de liberalitas, remota temeritate*
          - Partim *gratiſsima eſt:*
          - Partim *ſtudioſius laudatur. Cui ἀποδοθέντα philoſophico more ſubiũgit λῆμμα, ut integrũ ἐνθύμημα tale ſit:*
            - Λῆμμα*: Summi cuiuſq; bonitas perfugium eſt omnium, idq; commune:* —
            - *Ergo ſtudioſius iſtiuſmodi hominis liberalitas laudatur.*
      - Tum *quid fieri debeat. Dãda eſt enim opera, ut his beneficijs quàm plurimos afficiamus:*
        - Vel *quorum liberis poſteriſq; prodatur memoria.*
        - Vel *quibus non licet eſſe ingratis. cui quidem particulæ attexit τὰ τῆς ἀχαριστίας, uel συναγόμενα, uel αἰτιατά. E quibus*
          - Primùm *eſt τὸ μνῆμον: Omnes enim oderunt immemorem beneficij.*
          - Alterum, *quòd tenuiores*
            - Vel *ſibi ab eo iniuriam fieri putant, qui alterius abalienauerit ab ipſis liberalitatē.*
            - Vel *cõmunem ordinis ſui hoſtem arbitrantur.*

eo de largi-

co de largitione, quæ ex arca proficiſcitur. Quam quidē ita exerceri uult, ut diligenter diſtinguantur genera eorum qui egent. Nam quibus pecunia bene fit,

- Aut *ſunt capti, uel cæteroqn tenui nituntur fortuna, coacti caſus ſuos aliorum ſuſtētare opibus. Atq; hos rectè & meritò ſubleuari, dupliciter docet:*
  - Primùm *πί- γυεα ἢ πίστει*
    - Primùm *ἀπὸ συμφέροντος, ab utili.*
      - *Vtile eſt Reipublicæ, redimi è ſeruitute captos, locupletari tenuiores:*
      - *Ergo rectè hoc etiam, & ſecundū officium fit.*
    - Deinde *ἀτέχνῳ μαρτυρίᾳ teſtimonio orationis Craßi, hoc modo:*
      - *Craſſus teſtatur in oratione ſua, crebrò id factitatū ab ordine ſenatorio, ut ſubleuarētur tenuiores:*
      - *Ergo rectè & ſecūdum officum illud fieri iudicandum.*
  - Deinde *συγκρίσει, comparatione horum duorū in largiēdo generum: ut ſunt*
    - Benignitas *ſubleuādi miſeros & egentes: hæc eſt enim*
      - *Grauium,*
      - *Magnorum*
        - *hominū, quibus ſi liberaliū & bonorum uirorum nomen tueri uolunt, ea tenenda ſunt, quæ ordinatim præſcribit:*
          - Primū, *ut in*
            - *dando*
            - *exigēdo*
              - *ſint*
                - *munifici,*
                - *non acerbi.*
          - Deinde, *ut in*
            - *Contrahendo,*
            - *Emendo,*
            - *Vendendo,*
            - *Conducendo,*
            - *Locando,*
              - *ſe præbeāt faciles.*
          - Tum, *ut à litibus abhorreant.*
          - Poſtea, *ut nihilominus rationem habeant rei familiaris, quā quidē dilabi ſinere, flagitioſum eſt. Atque hoc præceptum dilatat*
            - Partim *expoſitis duobus φαύλοις, abeſſe enim uult ſuſpicionem*
              - *Illiberalitatis,*
              - *Auaritiæ.*
            - Partim, *propoſito uero fine pecuniæ, qui eſt uſus, ita ut quod libenter facias, diu facias.*
    - Largitio *munerum, ut in ædilitatibus fieri conſueuit. Sed hi ſunt*
      - *Aſſentatorum populi:*
      - *Multitudinis leuitatem, uoluptate titillantium.*

TABVLA XVII. DE ALTERO GENERE BENEFICENTIÆ, quæ proficiſcitur ex uirtute & opera ingenij. Quæ autem opera non largitione, &c.

Tranſit deinceps Cicero ad præcepta de altero genere beneficentiæ, quod genus proprium gratificãdi uoluntatem in ſeſe cõplectitur: profectum ſcilicet de uirtutis atque induſtriæ uel adiumẽtis, uel ornamẽtis. Totum enim hoc eſt ingenij, & liberalis operæ, cum ſignificatione quadam ſtudij in alios noſtri. Quapropter docet, quomodo hæc etiam in parte homines hominibus plurimũ prodeſſe queant. Ordi-

- Tum in uniuerſos, uel in uniuerſam Rempublicam: de quibus quidem poſtea luculenter & copioſe diſſeret.
- Tum in ſingulos, eaq; offi-
  - Primùm quidem cognitione iuriſprudẽtiæ. Atq; hic duo loci ſunt:
    - Vnus συστατικὸς, quo commendat illam
      - Cùm χρεῖαν uſum, & ὠφελήματα commoda. Prodeſt enim
        - Et ad opes,
        - Et ad gratiã
          - In iure cauere.
          - Conſilio iuuare.
          - Hoc ſcientiæ genere prodeſſe plurimis.
      - Tum ἀξίωμα, dignitatem,
        - Primùm quidem bene conſtituti iuris: quem locum tractat peculiari orationis forma, inducens genus, cùm de ſpecie loqueretur, hoc modo:
          - Cùm multa præclara maiorum:
          - Tum quàm optime conſtituti iuris ciuilis ſummo ſemper in honore fuit
            - Cognitio,
            - atque
            - Interpretatio.
        - Deinde peculiariter eius cognitione floruiſſe principes, id eſt ſenatores Romanos, neminem admittentes in partem huius quaſi propriæ poſſeſsionis.
    - Alter σχετλιαστικὸς: conqueritur enim de amiſſa & extincta Eloquentia. Atque ea querela
      - Primum à genere progreditur ad ſpeciem, hoc modo:
        - Vt honores,
        - Vt omnis dignitatis gradus,
        - Sic huius quoque ſcientiæ ſplendor deletus eſt.
      - Deinde παρεμφάσει quadã, continet indignitatẽ interitus illius exaggeratam,
        - Partim ἀπὸ τοῦ τὸν χρόνον περιστάσεως, notato eo tempore, quo dominatione C. Cæſaris oppreſſa fuit Reſpublica.
        - Partim ἐπιφωνήματι συγκρίσεως, perſona illius collata cum reliquis, miſeriorem etiam facit deplorationem orbitatis huius, particulis ITA, VT. Nam
          - Vt honore Cæſar par fuit reliquis:
          - Ita ſcientia iuris facilè omnes uicit.

tur autem

tur autẽ ita, ut demonſtret, illuſtriſſimo di officia con ſcribi | cia nũc quidem peculiariter p. ſequitur: oſtẽditq; na uam bas operas,

- Dein de cognitione eloquẽtiæ, qua in parte ſimiliter ut antea, duo loci ſunt:
  - Vnus ſυστατικός, qua cõmendat hãc facultatẽ. Eaq; cõmendatio
    - Partim à Cicerone ac commoda tur ad rem ipſã, ſeu laudẽ eloquentiæ,
      - Primùm de comparatione facultatis huius, cum Iuriſprudẽtia, quòd { Grauior, / Gratior, / Ornatior, } ſit { Eloquentia, / Quàm Iuriſprudentia.
      - Deinde contorquet tria ἐνθυμήματα συμπεπλεγμένα, præmiſſa ἀποδείξει. Suntq;
        - Primum ἀπὸ αἰτιατῶν, ab effectibus,
          - Quòd admirationem audientium excitat, eo nihil eſt laudabilius & præſtabilius.
          - Ergo eloquentia nihil eſt laudabilius & præſtabilius.
        - Alterũ ἀπὸ χρήσεως, à uero uſu eloquẽtiæ:
          - Eloquentia fouentur ſpes indigentiũ.
          - Ergo ea ipſa nihil eſt { Laudabilius, & Præſtabilius.
        - Tertium ἐκ συνεπομένων, è conſequentibus
          - Eloquentiam ſequitur magna gloria; ab iis qui defenſi ſunt:
          - Ergo ea ipſa, nihil eſt uel { Laudabilius, / Præſtabilius.
      - Poſtremò, quanto in precio fuerit eloquentia demonſtrat: ita ut ei in tota dignitate principatus à Romanis datus ſit.
    - Partim uerò ad perſonam: latè enim patent beneficia, & patrocinia
      - Diſerti hominis,
      - Facilè laborantis,
      - Defendentis multorũ cauſas { Non grauatè, / Sed gratuitò.
  - Alter ἰδιοπαθής, quo quidem ipſo
    - Primùm προκαταλαμβάνει, & quaſi præmunit hanc querelam, in qua nihil arroganter de ſe (qui in hoc ueluti domicilio laudis & gloriæ, cõſilio & lingua princeps, ſapientiæq; & eloquentiæ Romanæ parens eſſet) de ſe igitur nihil arroganter dictum uideri uult.
    - Deinde proſequitur ἰδίαν querelam
      - Vel intermiſſæ,
      - Vel extinctæ eloquentiæ,
        - Primùm comparatis nominibus utens, in { Paucis eſſe ſpem: / in / Paucioribus facultatem.
        - Deinde contrario comparatorum nominum, in { Multis eſſe audaciam.

- Poſtremò leuioribus etiam rebus Nam quia
  - Neque omnes,
  - Neque multi poſſunt eſſe
    - Aut iuriſperiti.
    - Aut diſerti:
  - Licet tamen opera prodeſſe multis
    - Petendo alicui beneficium,
    - Commendando aliquem iudicibus,
    - Vigilãdo pro re alterius,
    - Rogando eos qui { Aut conſulunt, / Aut defendunt.
  - Verum tamen in his omnibus animaduertendũ iis q̃ hæc præſtant, ne
    - Aut eos lædant, quos non debent:
    - Aut eos quos non expedit: quod ſi id faciunt { Imprudentes, / Scientes, } Eſt { Negligentiæ, / Temeritatis.
  - His adiungit παράγγελμα, uitãdum excuſatione aduerſus eos quos inuitus lædas.
    - Primum id quod feceris, Quare { Neceſſe fuerit. / Aliter facere non potueris.
    - Dein de quod uiolatũ uidebitur, erit compẽſandum { Operis, / Officiis, / Studiis.

TABVLA XVIII. QVARE TENVIORIBVS POTISSIMVM beneficium dandum ſit. Sed cùm in hominibus,&c.

Quæ in præſtando beneficio ſpectari non ſolùm uulgò ſoleāt, ſed etiā reuera debeāt, quæq; in utroque genere beneficētiæ, de quo hactenus diſſeruit, pariter obſeruanda ſint: & cur potius pauperi bono, q̄ diuiti minus probato, præſtari bene ficium debeat, tradit nūc Cicero. Ac primū ait, in dando beneficio ſpectari ſolere bominum

- Vel mores, τὰ ἤθη.
- Vel fortunam, τὴν τύχην.

Quibus ſignificatis, continuò Cicero

- Primùm quidem ἀντιτιμήσει quadam πλαγίως, uel potius non diſsimulanter, perſtringit leuitatem & incogitantiam uulgi, cuius diſsimillima inter ſeſe eſſent
  - Verba, τὰ ῥητά, quæ ſpecie quidem & colore honeſtatis niti uiderentur, dum aiunt ſeſe in collocandis beneficijs,
    - Potius mores,
    - Quàm fortunā
    - hominū ſequi.
  - Facta, αἱ πράξεις, quæ quidem nequaquam reſpondent uerbis & orationi: præſertim cùm res ipſa ſatis loquatur, in opera danda longè anteponi gratiam:
    - Fortunati, & Potentis.
    - Cuius αἰτιολογία ſubijcitur, ἀπὸ προσδοκίας, expectatione
      - Expeditioris,
      - Celerioris
      - remunerationis.
- Deinde totā illam ἀντίθεσιν, propoſitionem, quæ eſt, Melius apud bonos, quàm apud fortunatos benefi-
  - Partim ἀποδεικτικῶς καὶ πιστῶς, quæ quidem eſt
    - Primùm ἀμφισβητήσιμος, & tota argumentoſa: utpote in qua
      - Partim hoc contendit & obtinet, Melius pauperi quàm diuiti beneficium dari: inſtituta ἀντιθέσει
        - Pauperum,
        - Diuitum:
        - in quos, cur illi digniores ſint beneficio, opulentis, ἐναλλάξ, id eſt permutatis uicibus inquirit. Suntq; αἰτιολογίαι omnino tres:
          - Prima,
            - Cum à grati animi memoria in inope:
              - Qui gratiā uel refert, uel habet, ei eſt beneficium dandū:
              - Inops (ſi bonus uir eſt) uel referre: uel id ſi nequit facere, habere certè gratiam poteſt:
              - Ergo inopi beneficium dandum eſt.
              - Atq; hæc ἀπαρχή, occaſione adducit χρῶμαι αὐτῷ νῦν: nam etſi requirit ſemper ferè illa autorē, tamen interdum ſine perſona eſt; ut hoc loco. Fit huius etiam in Planciana Ciceronis mentio.
                - Cōmodè autē quicunq; dixit, pecuniā q̄ habeat nō reddidiſſe: & qui reddiderit, non habere: gratiā autē & qui retulerit, habere: et q̄ haberet, retuliſſe.
            - Tum ἀπὸ ἐναντίων συμβαινόντων, ab ijs quæ plerunq; in magnam partē diuitum cadunt. Nam qui ſe putāt
              - Locupletes, & Honoratos
              - hi
                - Primùm beneficio obligari nolunt:
                - Deinde, beneficium cùm acceperūt, ſe dediſſe arbitrantur.
                - Poſtea, ne ſuſpicātur quidē à ſe aliquid aut
                  - Poſtulari,
                  - Expectari.
                - Poſtremò mortis inſtar putant uel
                  - Patrocinio ſe uſos:
                  - Clientes appellari.
          - Altera ἀντίθεσις duplex:
            - Partim ἀπὸ αἰτίας παραδοξουμένης, à cauſa impulſiua, cur gratū ſe inops uideri ſtudeat:
              - Cùm quia ſeſe, non fortunam, quæ nulla eſt, ſpectatam uidet.
              - Tum quia multis eget: ideo non illi modò qui eſt benè de ipſo meritus, ſed etiam illis à quibus expectat, gratū ſe uideri ſtudet. quorum nihil in diuite eſt.
            - Partim à moribus, ex locis perſonarum utriuſque,
              - Inopis, qui non modò non prædicat, ſed etiam extenuat, ſi quid præſtitit.
              - Opulenti, cuius ἀλαζονείαν etſi non exprimit Cicero, tamen legentibus cogitandam relinquit.

cium collocari, tractat

Tertia ἀντίθεσις, ex multitudine & numero beneficiorũ, quæ ab utroque, diuite & paupere proficiſcũtur. Sic enim Ariſtoteles τοπικῶν γ. τὰ πᾶσιν ἀγαθὰ, τ̃ ἐλάττοσιν αἱρετώτερα. Quapropter ſi defenderis

- Opulentũ fortunatumq́;, manet gratia
  - In illo uno:
  - Aut fortè, in liberis eius.
- Sin inopem, probum & modeſtum, omnes non improbi humiles, præſidiũ ſibi paratum uident, & ex cõſequente plus gratiæ & beneficiorum reddunt.
- Nam quanquam poſſunt ſoli prodeſſe potentes:
- Non proſunt: potius plurimum obeſſe ſolent: ut ille canit.

Partim cõtra opinionẽ leuitatis uulgaris agit:

Primùm ἐλεγμῷ, corruptos deprauatosq́; eſſe mores admiratione diuitiarum.

Tum ἐπιχειρήμασι, argumentis probat ἐκκειμένην propoſitionem, ne nimium perſtringi oportere magnitudine diuitiarum.

I. Ἀπὸ πολυχρονιωτέρου, à diuturniore bono uirtutis, quàm opum:
- Quæ perpetuò & ſemper iuuant, anteponenda his quæ minus.
- Virtus & honeſtas ſtabiliora ſunt:
- Ergo opibus anteponenda.

II. Ἀπὸ ἀφαιρέσεως, ut eſt apud Ariſtotelẽ, ὃ γὰρ ἀφαιρεθέντος, ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ, τὸ καταλειπόμενον ἔλαττον, ἐκεῖνο μεῖζον ἂν ἦν, ὅταν ἀφαιρεθὲν τὸ καταλειπόμενον ἔλαττον ποιῇ, τοπικῶν γ.
- Honeſtas detracta diuitijs & potentiæ, reddit eas ipſa quibus detrahitur, multo minora & uiliora.
- Ergo honeſtas ipſa melior, diuitiæ & potentia uiliora.

III. Ex qualitate diuitiarum
- Diuitiæ ſunt χρηματιστικὸν, quiddam acceſſoriũ, quæ nec meliorem nec peiorem reddunt:
- Ergo, bonus uir non debet propter illas accipere, uel nec accipere beneficium.

IIII. `A uirtute, quæ eſt cauſa per ſe ſufficiens, αἴτιον αὐτοτελὲς, καὶ καθ' αὑτὸ ἐνεργὸν
- Verum iudicium in dando beneficio proficiſci debet ex conſideratione honeſtatis, qualis ſit quiſpiam, non quàm locuples:
- Ergo potentia multo minoris eſt momenti, quàm ut adhanc reſpiciendum ſit.

Deinde παραδείγματι καὶ ἱστορίᾳ, quæ idem probat quod antea:
- Nam etſi danda opera eſt, ut & diuitibus & pauperibus gratificemur: tamen ſi res in contentionem ueniret, eſt autor adhibendus, qui cùm conſuleretur, utrum bono uiro pauperi, an minus probato diuiti collocaret: Ego, inquit, malo uirum qui pecunia egeat, quàm pecuniam quæ uiro.

Partim νουθεσίᾳ, utilis & ſalutaris παραγγέλματος. In beneficio dando faciendum
- Nihil contra æquitatem.
- Nihil pro iniuria.

αἰτιολογία ſubijcitur, quòd ſine iuſticia nihil poßit eſſe laudabile.

TABVLA XIX. DE IIS BENEFICIIS QVÆ IN VNIuerſam Rempublicam conferuntur. Sed quoniam de eo genere beneficiorum, &c.

- **Quia ſu**perius cùm de beneficētiæ et liberalitatis officijs diſſerere incipiebat, duplicia ea ipſa fecit: & quia hactenus de prima parte poſterioris beneficētiæ, quæ opera ingenij & uiribus animi conſtat, deq; officijs eius in ſingulos, ut decimaſeptima Tabula cognitum eſt, diſputauit: tranſit nūc ad officia eius ipſius beneficen-
  - **Primùm** diuidit. Ait enim, eiuſmodi quoque
    - **Quædam** ad uniuerſos ciues pertinere,
    - **Quædam** ad ſingulos.
  - **Atque** huic partitiōi ſubiūgit, πρὸς προτροπὴν, adhortationem, ſed ἀπὸ διορισμοῦ cum conditione. Nam
    - **Primùm** quidem ἁπλῶς, ſimpliciter dandam eſſe operam, ut
      - Cùm utriſq; ſimul,
      - Tum peculiariter ſingulis
      - conſulatur.
    - **Deinde** adnectit ὑπὸ διορισμοῦ, conditionē ad quā referri uelit illud gratificādi ſtudiū. Curādū enim
      - Aut ut proſit:
      - Aut certè ne obſit
      - Reipublicæ: atq; utrunq; demonſtrat κατὰ παράδειγμα ἐκ συγκρίσεως, comparatione exēplorum cōtrariorum:
        - **Vnius**
          - C. Helij
          - P. Gracchi,
          - quorum frumētariæ largitiones quæ magnæ fuerunt, exhauſere ærarium.
        - **Alterius**, de frumentaria largitione M. Octauij: quæ
          - Modica,
          - Tolerabilis,
          - Neceſſaria
          - fuit: Ergo &
            - Ciuibus,
            - Reipublicæ
            - ſalutaris.
- **Deinde** huius generis officijs tria potiſſimùm παραγγέλματα tradit: qui-
  - **Vnum**, de priuatis & proprijs poſſeſſionibus retinendis. Videndum enim iis q gubernant
    - **Vt** ſuum quiſque teneat:
    - **Vt** ne de bonis priuatorum publicè di-
      - **Partim** mentionem L. Philippi iniicit, qui in Tribunatu, cùm legem Agrariam ferret, & popularis uideri uellet, profeſſus fuit, non eſſe in ciuitate duo milia hominum, qui rem haberent: hoc eſt, locupletes eſſent.
      - **Partim** de eo ipſo uel facto,
        - **Primùm**, quidem
          - **Non** modò pernicioſè actum ſibi uideri ait,
          - **Verùm** etiam
            - Capitalem eſſe hāc orationem, & Peſtilētiſſimam omnium: quod demōſtrat ἐξ αἰτιῶν, ex effectis, quia pertinet ad æquationem bonorum.

tiæ, quæ ad

tiæ, quæ ad uniuerſos, queq́; ad Rempub. pertinent. Atque hæc eadem bus benè ſcilicet mereri de omnibꝰ & ſingulis, gubernatores Rerum publicarum queant:

Reſpublicas, minutio fiat. Atq; hic uel ſermone, qualē haberi uelit, diſſerit:

Tum *ἀπὸ αἰτίου τελικοῦ, à finali cauſa inſtitutæ ſocietatis inter homines, refutat amplius etiam eundem Philippum:*

- Primùm *enim ideo cōſtitutæ ſunt* — *Reſpublicæ, Ciuitatesq́;,* — *ut ſua tenerēt.*
- Deinde *diſtinguit hæc duo,*
  - *Naturæ impulſionem, quæ facit, ut hominum cœtus & celebrari inter ſe, & ſibi obedire uelit, quòd ζῶον πολιτικὸν ſit.*
  - *Et urbium præſidia, quæ fuerint ἄστυ αὐτὸ ὂν, quòd non potuerint contra direptiones & facinora munitiores eſſe.*

Alterũ, *de præcauendis exactionibus. Quo in loco duo ſunt animaduertenda:*

- Primùm *duo φευκτά, prouidendum enim ne*
  - Aut *propter ærarij tenuitatem,*
  - Aut *propter aſsiduitatem bellorum,*
  - — *tributum ſit cōferendum.*
- Deinde *ἔνθεσις τῆς βουλῆς expoſitio conſilij notanda, & quid faciendum, ſi neceſsitas huius rei, alicui Reipublicæ (nam hic quoque ἀπευχῆ, melius ominatur, quàm ut ſuæ Reipublicæ quicquam tale contingere cupiat) incumbat. Tum igitur*
  - Primùm *conſideranda neceſsitas: στερρὰ γὰρ ἀνάγκη, durum quiddam neceſsitas, ut Euripides in fine Hecubæ ait.*
  - Deinde *curandum, ſi neceſſariò tributum erit conferendum, ut omnes intelligant (ſi ſalui eſſe uelint) ei ipſi neceſsitati eſſe parendum.*

Tertium *περὶ εὐπορίας, ut qui Reipublicæ adminiſtrationi præſunt, in tempore proſpiciant, de omnium rerum quæ ad uitam pertinent, parabili & uniuerſis expoſita copia.*

TABVLA XX. DE FVGA ALIARVM RERVM QVÆ VTILItatibus rerumpublicarum pernicioſiſsimæ eſſe conſueuêre, tum in primis auariciæ: præterea de ijs quæ ad communitates fructuoſè conſtituendas pertinere uidentur. Caput autem eſt, ut in, &c.

- Quemadmodũ *toto hoc ſecundo libro diſputationem de utilibus rebus, ad inuentionem officij accommodare ſtuduit Cicero, de præſcripto quatuor partium honeſtatis: ita nunc quoque eandem transfert. ad eum ſiue fontem, ſiue locum, ſiue partem honeſti, quæ abſtinentiæ & moderationis eſt, demonſtrãdo quãtopere profit commodis Rerumpublicarũ auaritiæ & incontinentiæ fuga. Ac etſi iam demonſtraui-*
  - Vnus *καταστατικός. Orditur enim totam hanc de administratione publicorum munerum diſputationem, proponendo hoc eſſe primum & ſummũ, ut in omni procuratione publici muneris pelleretur etiam mi-*
    - Partim *σύγκρισιν, comparatione diuerſorum apud Romanos tẽporum,*
      - Cùm *præteritorum, eorũq;*
        - Vel *multò antè παρεληλυθότων, quibus maiores omni iuſtitiæ laude celebres floruiſſent. Atque hic*
          - Primùm *uotũ εὐχὴν recitat C. Pontij Samnitis, qui ſeſe incidiſſe optaſſet, in futura tempora Reipublicæ Romanæ, quibus δωροφαγία inualuit, quod ſperaſſet, ſeſe quoque illos pecunia facilè expugnaturum.*
          - Deinde *(ſi modò ſyncera lectio eſt) eludit uotum illud, oſtendens diu illi expectandum fuiſſe.*
        - Vel *non ita multo antè, quamuis non mediocre ſit ſpacium centũ & decem annorũ, ab eo tempore quo*
          - *Cùm hos libros perſcripſit:*
          - *Tum lex de Repetũdis lata eſt.*
      - Tum *præſentiũ, quibus omnia miſeria et malis cõpleta docet,*
        - Cùm *domi*
          - *Tot legibus latis contra auariciam:*
          - *Tot reis repetundarum accuſatis:*
          - *Tot damnatis eandem ob accuſationem:*
          - *Tanto Italico ſeu ſociali bello excitato.*
        - Tum *apud ſocios exutos bonis*
          - *Tanta expilatione,*
          - *Tãta direptione, ut*
            - *Magis ualeãt et opulẽtiores ſint Romani*
              - *Paupertate,*
              - *Extrema egeſtate,*
              - *Imbecillitate ſociorum:*
            - *Quàm ſua*
              - *Virtute,*
              - *Integritate,*
              - *Abſtinentia.*

mus, eſſe

muſ, eſſe hæc omnia moderati & abſtinentis animi: tamen eadem illa ad iuſticiæ & æquitatis conſiderationem pertinent: præſertim cùm Cicero in primo de Officijs dicat, eſſe partes illas inter ſeſe implicitas & colligatas: & alibi ſcribat, Qui unam habeat, omnes habere uirtutes. Sunt autem diſputationis huius loci potiſſimum quatuor:

nima ſuſpicio auariciæ. Eam propoſitionem tractat

- Partim [illegible], commendatione abſtinentiæ, in clariſſimis uiris: cuiuſmodi fuerunt quos ipſe commemorat,
  - P. Cornelius Scipio Æmilianus, qui poſtea à confecto feliciter ſecundo bello Punico, Africanus minor dictus eſt.
  - L. Paulus Macedonicus, qui omni Macedonum gaza potitus eſt.
  - L. Mummius Achaicus.
- Partim denique
  - Cùm ἐπαναλήψει repetita propoſitione, poſt laudatos tales & tantos imperatores:
    - Nullum eſſe uitium tetrius, quàm auariciã: præſertim in principibus, & Rempublicam gubernantibus. Nam
      - Habere quæſtui Rempublicam.
        - Non modò turpe eſt,
        - Sed etiã
          - Sceleratum, & nefarium
  - Tum χρησμῷ δοθέντι τοῖς Λακεδαιμονίοις, oraculo dato Lacedæmonijs, quod quidem
    - Non ſolùm Lacedæmonijs editum uideri uult,
    - Sed & omnibus opulentis populis:
      - AVARICIA PERITVRAM SPARTAM.

Alter, ipſe quoque uarius & multiplex: ut demonſtrat Tabella ſequens.

L

TABVLA XXI. DE PLVRIMIS MAXIMISQVE INCOMMODIS, quæ ſequuntur ſimulatam curam tuendi ſtatum popularem, ereptis opulentiorum bonis, iiſq; uel inter tenuiores, uel inter ære alieno oppreſſos diſtributis. Nulla autem re conciliare facilius beneuolentiam, &c.

ALTER locus huius de fugienda auaricia diſputationis eſt,

- Partim κατασκευαστικῶς. proponit enim denuò egregium, ἐς τὸ τὴν πολλῶν εὔνοιαν ποιεῖν, ad multitudinis beneuolentiam conciliandam accommodatiſſimum præceptum, ductum de tractatione præcedentis loci. Eſt autem παράγγελμα tale,
  - Nulla re facilius conciliare beneuolentiam multitudinis poſſunt hi qui Reipubl. præſunt, quàm
    - Abſtinentia,
    - Continentia.
- Partim ἀντιθετικῶς. cõponit enim cùm paulo antè propoſito præcepto, eos qui contrariam uiam gratiæ ineundæ ingrederentur: & proptereà quòd ſeſe populares perhiberi haberiq; uellent,
  - Aut agrariam rem tentarent, ut poſſeſſores ſuis pellerentur ſedibus:
  - Aut pecunias creditas debitoribus condonandas putarent:
    - Hos igitur ait labefactare fundamẽta Reipublicæ, cõmemorando τὰ αἴτια τὰ καὶ βλαβερὰ, incommoda.
      - I. Primùm tollitur concordia, alijs uidelicet
        - Adimendo,
        - Alijs dando.
      - II. Æquitas tollitur, ſi cuiq; ſuum habere non licet: eoq; magis, quòd ſit proprium urbis,
        - Vt ſit libera:
        - Vt ſit non ſolicita rei cuiuſque cuſtodia.
      - III. Non conſequuntur

eam quam pu-

- *eam quam putant gratiam. quem locum demonſtratione τῶν ἐμφαίνων amplificat, dupliciter omnino:*
  - Primùm, *reſpectu perſonæ utriuſque:*
    - *Eius cui ſiue*
      - *Eripitur,*
      - *Ceteroqui iniuria fit.*
      - *Is enim*
        - *Cùm inimicus eſt,*
        - *Tum*
          - *& meminit.*
          - *& præſe fert.*
    - *Eius cui data eſt aliena poſſeßio. Is enim uel*
      - *Dißimulat ſe accipere, uoluiſſe:*
      - *Occultat ſuum gaudium, maximè in pecunijs ere ditis: ne uideatur non fuiſſe ſoluendo.*
  - Deinde *alijs πιθανοῖς, ſeu rationibus,*
    - Partim *à precio et magnitudine bonorum, ſeu (ut ipſe appellat) pondere amiſſarum facultatum:*
      - *Quæ facultates precio ponderantur, in his non ualet numerus eorum qui poſſident:*
      - *Atqui detractæ opulentioribus facultates precio ponderantur:*
      - *Ergo non ualet in his numerus, quantumuis multis diſtribuantur illæ. Eſt enim Iuſticiæ fundamentum, ut ſuum quiſque teneat: ne iudicemus, quomodo Cyrus puer apud Xenophontem, qui arbiter captus inter adultum & paruũ puerũ, cùm hic grandiorem ueſtem, qua ab illo exutus erat, quamuis ſibi non aptam repoſceret, pronunciauit, ſe arbitrari adultum illum tenere oportere grandiorem, & corpori ſuo conuenientem ueſtem, quam tunicula, apta minori puero, permutaſſet.*
    - Partim *ab iniquo & abſurdo*
      - *Iniquum, nequaquam meretur approbationẽ:*
      - *Detractio alienorum bonorum eſt iniqua:*
      - *Ergo ea ipſa non meretur approbationem.*
    - Partim *deniq; ab longinqui temporis poſſeßione:*
      - *Quidam, multis ſeculis antè, agrum ſuum poſſeſſum tenuerunt:*
      - *Ergo nulla ſpecie iuris & recti, is illis adimitur, & alijs datur.*

TABVLA XXII. QVA PRÆCEDENTIS LOCI PRÆCEPTIS lucem quandam exemplorum Cicero admouet ac omnium maximè neceſſariam & utilem diſputationem, de uitandis agrarijs legibus, & prouidendo ne ſit æs alienum quod Reipublicæ noceat, peragit. At propter hoc iniuriæ genus, &c.

Tertius locus ἱστορικὸς eſt, in quo ea de quibus antea copioſè diſſeruerat, exemplis clariora facit. Sunt autem duplicia exempla:

- Primùm ψεκτικά, eorum qui in reprehenſionem incurrerent. Eaq; ipſa etiam duplicia:
  - Externa, hominum contra ius faſq; nitentium: ut Græcorum
    - Lyſandri Ephori, qui ob iſtiuſmodi agrarias diſtributiones expulſus fuit.
    - Agidis regis Spartanorum, qui ob hoc necatus eſt.
  - Domeſtica uerò, Romanorum
    - Duorum Grachorum, quos agrariæ contentiones perdiderunt.
- Deinde uerò unū ἐπαινετόν
  - Arati Sicyonij, cuius, ut boni, fidelis ac celebrati principis, ac patris patriæ ſuæ, hiſtoria ſumma elegantia à Cicerone exponitur. Eam autem expoſitionē illuſtrio- rem facit
    - Primùm ἐκφωνήσει συστατικῇ, qua eundem Aratum exclamando commendat:
      - O uirum magnum, dignumq; qui in noſtra Republica natus eſſet.
    - Deinde ἀντιθέσει τῶν ἐναντίων, comparatis factis contrarijs
      - Arati, qui fideliter proſpexiſſet ſuis.
      - Cum facto Iulij Cæſaris & L. Syllæ, qui in foro haſtam poſuiſſent.
    - Tum διορισμῷ ἐξηγητικῷ, egregia definitione officij boni ciuis, quod diuidit in ea quæ ſunt
      - Αἱρετά,
        - Vt cōmoda ciuium defendat,
        - Vt omnes æquitate una contineat.
      - Φευκτά, ne diuellat ciuium cōmoda.
    - Poſtea eluſione, εἰρωνείᾳ, ſed quæ ſit λυπητική, cum mœrore & ſenſu quodam indignationis ſuæ coniuncta, contra leges agrarias. Eſtq; hic oratio figurata διὰ ἐρωτήσεως interrogatione, quæ magis facit ad contētionem & indignitatem rei παθητικῶς amplificandam. Poſſit autē ἐπιχείρησις, id eſt argumētatio inde talis confieri:
      - Quæ Reſpub. permittit alteri frui alterius poſſeſſione, quàm alter. Hæc eſt λῆψις.
        - Emit, / Ædificauit, / Tutatus eſt, / In quam ſumptus fecit: — ea profectò nihil aliud facit, niſi ut
          - Alijs ſua eripiat,
          - Alijs det aliena.
      - Πρόσληψις. Atqui Agrariæ leges, & nouæ Tabulæ, hoc permittunt:
      - Συμπέρασμα. Ergo illæ ipſæ alijs ſua eripiunt, alijs dant aliena.

rem facit diſputatiū culæ ſequente: quæ cō ſtat

- **Vnum** ἀναιρετικόν, quomodo caueri poßit, ne ſit æs alienū:
  - **Primùm**, ſi hoc non fuerit,
    - Vt locupletes ſuum perdant:
    - Vt debitores alienum lucrentur.
  - **Deinde** ſi retinebitur fides. Atq; hunc locum
    - **Partim** illuſtrat præclara γνώμῃ ἐνθυμηματικῇ.
      - Nulla res uehementius Rempublicam continet, quàm fides.
    - **Partim** eius ipſius fidei αἴτιον ἀναιρετικὸν ſubiungit:
      - Nulla poteſt eſſe fides, niſi erit neceſſaria ſolutio rerū creditarum.
- **Denique** παραγγέλματι omniū maximè neceſſario concludit, in primis prouidēdum eſſe, ne ſit æs alienū, quod Reipublicæ noceat. In eo loco ἐμφάνεια δία ſunt:
  - **Alterum** ἐκθετικὸν τῶν παρεληλυθότων. exponit enim memoriam præteritarū rerū.
    - **Partim** quid ſe cōſule in cōiuratione Catilinaria tumultus exortum ſit: uidelicet
      - Ne ſoluerētur debita: uel ne ſatisfieret creditoribus: atque hic recitat expreſſe
        - **Primum** τὰ πραχθέντα,
          - Quāta uiolētia res tentata ſit
            - Armis uidelicet & caſtris.
          - Quantum fuerit æs alienum, non conferendum cum ullorum temporum debitis.
        - **Deinde** τὰ ἐκβάντα, q̄d tandem factum ſit, & euenerit. nam
          - Nec melius / Nec facilius
            - quā ſe cōſule, diſſolutum ait æs alienū: propterea quòd
              - Fraudādi ſpe ſublata,
              - Soluendi neceßitas conſecuta fuiſſet: ἀναποδόντος τὸ αἴτιον, καὶ τὸ αἰτιατὸν ἀναγκαῖον.
    - **Partim** uerò ad ſui imitationem hæc omnia dicta eſſe, intelligi à nobis debet.
  - **Tertium** ἐλεγκτικόν. dupliciter enim reprehendit C. Iul. Cæſarem:
    - **Primùm** factum, τὸ πραχθέν, quod cupiditate tyrannidis inflammatus, agros uectigales Reipublicæ populo diuiſit contra ius & fas.
    - **Deinde** φύσιν, quod ita delectatus fuerit peccatis, κακίας uicio, ut nulla legitima de cauſa peccaret.

TABVLA XXIII. IN QVA SVMMATIM COLLIGIT, quæ in tota hac de auariciæ fuga, diſputatione tractauit. Ab hoc igitur genere largitionis, &c.

- Reſtat *quartus, huius de auariciæ fuga, diſputationis locus. Eius capita duo:*
  - Vnum *quidem uiciſſim*
    - Partim *παραινετικὸν καὶ νουθετικόν,*
      - *περὶ φευκτῶν, de rebus ijs quæ fugiendæ ſunt, adminiſtrantibus Rempublicā, cuius παραγγέλματα*
        - Primum, *ut quibus Reſpublica commiſſa eſt, ab hoc genere largitionis alieni ſint, quo*
          - *Alijs dantur,*
          - *Alijs auferuntur opes.*
        - Alterum, *ne tenuiores propter humilitatem circumueniantur.*
        - Tertium, *ne locupletibus abſit inuidia ad ſua*
          - *Vel tuenda,*
          - *Vel recuperanda.*
      - *περὶ αἱρετῶν, de ijs ad quæ ſeſe omni ſtudio componere debent, qui Reipublicæ commodis præſunt*
        - Primùm, *In primis operam dabunt, ut quiſq; ſuum teneat æquitate*
          - *Iuris,*
          - *Iudiciorum.*
        - Alterum, *ut quibuſcunq; rebus poſſint*
          - *Vel belli,*
          - *Vel domi,*
          - *Rempublicā augeant*
            - *Imperio,*
            - *Agris,*
            - *Vectigalibus.*
    - Partim *παραθαρρυντικόν, ad imitationem uirtutis, atq; induſtriæ maiorum, qui in optimis & conſtantiſſimis actionibus Rempub. præclarè Romanis fundatam reliquiſſent. Atque hæc particula*
      - Primùm *figurata eſt, ἐπαναλήψει, crebriore unius in principio membrorum pronominis ſeu articuli repetitione, cùm ait*
        - *Hæc magnorū hominum:*
        - *Hæc apud maiores factitata:*
        - *Hæc officia fructuoſa ſunt.*
      - Deinde *concluditur ἀπὸ συμφέροντος καὶ χρησίμου, à cōmodis, quæ expectanda ſunt ijs qui ad hūc modum, hoc eſt laudabiliter & iuſtè præfuerunt Reipublicæ. Adipiſcentur enim inde*
        - *Gratiam.*
        - *Gloriam.*
  - Alterum *μεταβατικὸν, καὶ παρασκευαστικόν. Digreditur enim ad alia, quæ in utilitatū præceptis fructuoſe conſiderarentur. Atq; hic quoq; ſunt duo:*
    - Vnum *uiciſſim duarum particularum:*
      - Partim *quæ ſunt in his utilitatum præceptis à Panætio prætermiſſa, uidelicet*
        - *Valetudinis curatio,*
        - *Amplificatio rei familiaris.*
      - Partim *quo autore hæc ſiderentur omiſſa, Antipatro uidelicet Tyrio Stoico, qui non ita diu antè, quàm hæc ſcripſiſſet Cicero, Athenis mortuus fuiſſet.*
    - Alterum *ἀπολογητικόν, quo excuſat Panætium, ſummum philoſophum. Hanc enim σύνεσιν adiungit, omiſiſſe eum hæc duo, quòd eſſent in promptu, & facilia intellectu.*

TABVLA XXIIII. DE VALETVDINIS ET REI FAMIliaris curatione. Sed ualetudo ſuſtentatur, &c.

- Hunc *locum, iis de quibus hactenus diſſeruit Cicero, tanquam acceßionem quandam adiungit, de ſententia Antipatri Tyrij Stoici. Eſtq; duarum partium. Nam*
  - Prima *agit de curatione ualetudinis, in cuius ſuſtētatione ſunt*
    - Quædam *αἱρετά, ad quæ curatio illius accommodanda eſt. Opus eſt igitur*
      - *Noticia cōſtitutionis ſui corporis.*
      - *Obſeruatione eorū quæ ſolent prodeſſe.*
      - *Continentia, in uictu corporis.*
      - *Neceſſario cultu.*
      - *Exercitatione modica.*
      - *Arte medicorum.*
    - Quædam *φευκτά,*
      - *Vt uitentur, quæ nocere corpori poſſunt.*
      - *Vt prætermittantur uoluptates.*
  - Altera *pars ſimiliter eſt* [illegible]*. Præcipit enim de re familiari. Atque hic etiam ſunt*
    - *Τὰ φευκτά. nam fugienda ſunt ea quæ incurrunt in odia hominum: ut ſunt*
      - *Turpes quæſtus:*
      - *Fraudes circumuentionum:*
      - *Vſuræ & fœnora:*
      - *Auaricia:*
      - *Prodigalitas.*
    - *Τὰ αἱρετά, quibus rebus omnino contendendū ſit, ad amplificationem rei familiaris: & quibus rebus illa poßit*
      - Partim *conſeruari,*
      - Partim *augeri.*
        - *Vtrunq; autem fit*
          - *Diligentia,*
          - *Parſimonia.*

TABVLA XXV. DE VTILITATVM COMPARATIONIBVS.

Sed utilitatum comparatio, &c.

Poſt *traditam uniuerſam de utilitate & emolumentorũ percipiendorũ ratione doctrinam, addit comparationẽ utilium, quod ſæpe in pluribus propoſitis commodis, eligendũ ſit accommodatiſsimum in-*

- **Dein** *de quo modo illa comparatio utilium ſecundũ antea præſcri-*
  - **Primùm**, *quarũ rerum utilium cõparatio inſtitui debeat. Cùm autem triplicia ſint bona, animi, corporis & fortunæ: intelligendum, demonſtrari hoc loco cõparationem bonorũ, quæ de corpore aut externis rebus proficiſcuntur. Nam animi bona multo ſunt auguſtiora, quàm ut fas ſit ea comparare*
    - *Vel cum caduca fragilitate corporis:*
    - *Vel cum ludibrijs fortunæ.*
  - **Aut** *cùm diſsimilium generum cõparationes inſtituuntur, uerbi cauſa, corporis bonis & externis ſimul collatis, ſed dupliciter:*
    - **Vel** *cùm corporis commoda comparantur cum externis: ut cùm alicui optio fertur, eligendi è duobus unum,*
      - *An ualere, quàm diues quis eſſe*
      - *An uoluptatem, quàm gloriam famæ ſequi*
      - *An corpus firmũ, quàm emolumenta opum*
      - *An delicatus domi, quã honoratus foris uiuere*
      - *An ualere, quàm formoſus eſſe*
      - → *malit.*
    - **Vel** *cùm externa bona, cum commodis corporis inter ſeſe conferuntur: ut cùm quæritur*
      - *Diues'ne eſſe malis, quàm maximis uiribus corporis:*
      - *Amicitijs'ne florere, quàm præſtantiſſimis quibuſque dotibus corporis.*
  - **Aut** *cùm unius certi generis com-*
    - **Vel** *cùm corporis inter ſeſe commoda conferuntur, ut*
      - *Sit'ne bona ualetudo uoluptati anteponenda:*
      - *Sint'ne uires celebritati præferendæ:*
      - *Malis'ne* ἰσχὺν *robur, quàm* μῆκος, *proceram ſtaturam.*
      - *Sit'ne uis manuum melior, quàm pedum celeritas.*

ſtituit no-

ſtitutis noſtris. Eſt autem magis indicata, q̃ explicata hæc comparatio. Quare uidendum

pta duo genera, ſit inſtituenda. Fit autem dupliciter:

modorum cõparatio inſtituitur. idq́ue rurſus dupliciter:

Vel *cùm externa bona inter ſe comparantur: ut*

Sit'ne gloria diuitijs præferenda:

Sint'ne uectigalia urbana meliora ruſticis:

Malis'ne πολυφιλίαν, ἢ χρηματοφιλίαν:

Malis'ne ἀνοσίαν, quàm πολυτέλειαν:

Malis'ne ſecundis rebus uti priuatus, quàm honoribus affluere tenui.

Peractam *comparationem ſequuntur duo loci:*

Vnus *ἰσογενὴς, annexus quartæ parti comparatiõis, in qua externa cũ externis conferuntur. NãCato interrogat⁹, quid maximè in re familiari expediret:*

- Primũ q̃dẽ *detulit paſtioni pecuariæ, quòd ea ſine ſumptu noſtro fructuoſa eſſet*
  - *Primas,*
  - *Secũdas,*
  - *Tertias.*
  - *Nam paſcere hoc loco eſt, pecuariam facere: non, cibaria familiæ præbere.*
- Deinde, *quod in antiquiſſimis libris legitur, malè paſcere, pro eo quod hodie perperàm eſt, benè ueſtire: id hanc habet uim, ut ſi qua etiam pecuaria paſtio mala eſſet, tamẽ eam Cato alijs rei ruſticæ partibus anteponendam duceret.*

Alter *ἀποθετικῶς. Nã demittit ſeſe ad concludẽdum ſecũdũ librum. Loci hic ſũt duo:*

- Vnus
  - Partim *ἐπαινετικῶς, in quo approbat quartum illud exquirendorum officiorum genus.*
  - Partim *παραλειπτικῶς, qua reijcit ad fœneratores, ad mediũ Ianum ſedentes, totam diſputationẽ de*
    - *Quærenda,*
    - *Collocanda,*
    - *Vtenda,*
    - *pecunia.*
- Alter
  - Primùm
    - Cùm *νουθετικῶς: admonet enim neceſſariã eſſe cognitionem quærendæ, collocandæ & utendæ pecuniæ.*
    - Tum *αἰτιολογικῶς, quia ſtatim ſubiungit rationem, quare neceſſe ſit hæc cognouiſſe: quia pertinent ad utilitatum rationes.*
  - Deinde *παρασκευαστικῶς, ad reliquã tertij libri diſputationem.*

TABVLARVM LIBRI SECVNDI OFFICIORVM M. T. CICERONIS, FINIS.

TABVLÆ ET ΣΧΗΜΑΤΙΣΜΟΙ, TERTII M. T. CICERONIS LIBRI DE OFFICIIS.

TABVLA PRIMA PRIMÆ PARTIS PROŒMII, TERTII libri de Officijs. P. Scipionem M. fili, eum qui, &c.

PRIMA pars Proœmij tertij de Officijs, eſt, in qua

- **Primùm** *exponitur chria Africani, hoc eſt illud dictum, quod ei crebrò in ore fuit, uidelicet*
  - *Nunquam ſe minus ocioſum, quàm cum ocioſus: nec minus ſolum, quàm cùm ſolus eſſet.*
    - *Eſt autem hæc* χρεία λογικὴ, ἀποφαντικὴ, καθ' ἰδίωσιν, *hoc eſt, in dicto poſita, qua ultrò Africanus, non rogatus, quid animi ſibi eſſet oſtenderet.*
- **Deinde** *ipſam expoſitionē chriæ ſequitur eius* ἐργασία, *tractatio, elaborata*
  - **Partim** εὐγάσει, *cōmendatione, quòd magnifica hæc fuerit uox, & magno uiro ac ſapiente digna: hoc probat* ἐκ τῶν συνεπομένων, *ex ijs quæ conſentanea huic dicto uiderētur. Quod & in*
    - *Ocio, de negocio cogitauerit:*
    - *Solitudine, ſecum loqui ſolitus ſit: ut,*
      - *Neq; ceſſaret unquam,*
      - *Nec colloquio alterius indigeret.*
  - **Partim** παραυξήσει, *amplificatione* τῶν συνεπομένων, *quod duæ res quæ lāguorem afferunt cæteris, illum acuerint, uidelicet*
    - *Ocium,*
    - *&*
    - *Solitudo.*
  - **Partim** *decora traductione, in qua eſt* εὐχὴ. *optat enim, quæ fieri non potuerunt: & tamen ſe uoluntate proximè accedere docet ad ea præſtanda, quibus Africanus excelluiſſet. Atq; hanc uoluntatem probat annexis cauſis,* πρόθεσιν αἰτιολογικῇ *ſequente: quia ipſe quoque*
    - *Cùm ocium perſequitur, euerſa Republica:*
    - *Tum urbe relicta, rura peragrans, ſæpe ſolus eſt.*

TABVLA II. SECVNDÆ PARTIS PROŒMII, TERTII de Officijs libri. Sed nec ocium hoc, cum Africani ocio, &c.

- **Altera** *pars tota eſt* συγκριτική: *cõſtat enim comparatione ocij utriuſque, & Ciceronis & Africani. Eſt autem ita elaborata, ut cùm omnia ſumma tribuat Africano: tamen non diſſimulãter, longè maiores ad poſteritatem ſui ocij fructus, quàm Africani, extitiſſe profiteatur. Quare hic duo notãda:*
  - **Vnum,** *quare Africani ocium præferat Cicero ſuo ocio. Etenim*
    - **Africanus** *uel iudicio, uel uoluntate, ſi ita ei uiſum eſſet, à Republica remouebatur, & in ſolitudinem ſe recipiebat.*
    - **Cicero** *nolens uolens, ſolus eſſe cogitur, præſertim extincto Senatu & euerſa Republica. Quã quidem indignitatem*
      - **Primùm** *auget ea periodo, cuius initium [Ita qui in maxima] collatione ſcilicet amiſſæ celebritatis, cum præſenti miſeria & acerbitate. Eſt igitur hæc* παραίνεσις αὐξητική.
      - **Deinde** κατὰ παράλειψιν, *præteritionem, ne nimius eſſet in querelis, ſemet reuocat, & quaſi conſolatur, demonſtrato iudicio* τῶν σοφῶν, *qui cenſerent ex malis minima eligenda. Itaque ſe quoque de his maximis malis miſerrimorum temporum, ſi fieri poſſit, aliquid boni excerpturum.*
  - **Alterum** *eſt, quòd dum Africano omnia ſumma tribuit, tamen ſe longè plus profuiſſe ciuibus oſtendit. Etenim*
    - **Africani** *ipſius*
      - *Nulla ingenij monumenta.*
      - *Nullum opus ocij.*
      - *Nullum ſolitudinis munus extat.*
    - **Cicero** *autem ad ſcribendi operam omne*
      - *Studium*
      - *Curamq́;*
      - *conuertit.*

TABVLA III. TERTIÆ PARTIS HVIVS PROŒMII.

Sed cùm tota philoſophia, &c.

- Tertia pars huius proœmij, duo capi-ta habet:
  - Prius habet σύστασιν, commendationem doctrinæ librorum de Officijs, à quibus ceu primario ortu ac fonte præcepta ducerentur, conſtanter honeſteq́; uiuendi. Sunt autem hic quoq; duo uidēda:
    - Vnum, quomodo σύστασιν illam ſeu cōmendationem dilatet, progreſſus à toto ad partem:
      - Etſi tota philoſophia
        - Cùm frugifera ac fructuoſa eſt,
        - Tum nulla eius pars inculta ac deſerta:
      - Tamen nullus eſt in ea locus uel
        - Feracior,
        - vberior,
        - quàm de Officijs.
    - Alterum, quomodo illam quaſi ἐπίτασιν συστάσεως noua πίστιν ſeu argumento confirmet, ſumpto ἐκ τῶν χρείων, hoc modo:
      - Qui locus philoſophiæ quaſi fons eſt, præceptorum cōſtanter honeſteq́; uiuendi, præ cæteris feracior eſt:
      - Atqui locus περὶ καθήκοντος, quaſi fons eſt præceptorum conſtanter honeſteq́; uiuendi:
      - Ergo locus περὶ καθήκοντος, eſt ἐν τῇ φιλοσοφίᾳ ἄλλων feracior cæteris.
  - Poſte-
    - Primùm quidem habet
      - Partim προκατάληψιν. Præoccupat enim id quod filius obijcere poterat: Quare tu pater ea ad me ſcribis, quæ aßiduè à Cratippo audio?
      - Partim προσφωνήσεως illius neceſſarias cauſas: Ego conducere arbitror, talibus aures tuas uocibus undiq; circumſonare. Hanc iterum amplificat, progreſſus ab uniuerſali propoſitione ad indiuiduam.
        - Etſi omnibus ſunt diſcenda præcepta de Officijs: tamē haud ſcio an ulli potius quàm tibi.

ta habet:

ta habet: rius caput

- Deinde ſequuntur maximi ponderis argumenta & rationes παρακλητικὰ καὶ προτρεπτικὰ, quibus ad diſcendum filius extimulari & incitari debeat. Ex his argumentis
  - I. II. III. Tria ſunt ducta ἀπὸ περιστάσεων, à circumſtantijs paternæ perſonæ:
    - I.
      - Tu ſuſtines expectationem imitandi mei.
      - Ergo nemini potius quàm tibi, hi libri legendi ſunt.
    - II.
      - Tu magnam ſuſtines expectationem meorum honorum: Ergo,
      - Hi libri tibi præ ceteris legendi.
    - III.
      - Tu nonnullam ſuſtines expectationem nominis & famæ meæ: Ergo,
      - Hi libri peculiariter tibi ſunt legendi.
  - IIII. Quartum à loco, ἀπὸ τοῦ τόπου:
    - Tu profectus es Athenas, ad mercaturam bonarum artium: Ergo,
    - Tibi turpißimum erit, inanem redire.
  - V. Quintum à perſona præceptoris, τοῦ διδασκάλου:
    - Tu uteris præceptore Cratippo: Ergo,
    - Non mediocris tibi cura præceptoris impoſita eſt.
  - VI. Ἀ conſequente, ἀπὸ ἑπομένων:
    - Qui inanis redit, is dedecorat & urbem & magiſtrum: Ergo,
    - Tu ſi redieris ſimiliter, & magiſtrum & urbem dedecorabis.
  - VII. Ἀπὸ ἡδέος, quod Ariſtoteles τεχνικῶς γ' dixit, τὰ μεθ' ἡδονῆς αἱρετώτερα, ἢ ἄνευ ἡδονῆς.
    - Diſcere uoluptas eſt potius, quàm labor: Ergo,
    - Tu animo conniti debes, ut proficias.
  - VIII. Ἀπὸ εὐπορίας, à copia & facultate proficiendi in literis,
    - Tibi omnia ſuppeditata ſunt à nobis, quæ ad uictum cultumq́; pertinent:
    - Ergo uidendum, ne tibi ipſi defuiſſe uideare.

TABVLA IIII. IN QVA TRACTANTVR DVÆ QVÆSTIOnes: unà, an conſultò Panætius omiſerit tractationem de comparatione utilis & honeſti: altera, an omnino ei aliquid de hac comparatione tractandum fuerit. Panætius igitur, &c.

Antequàm *ad inſtitutā diſputationem, de cōparatione honeſtorū & utiliū, accedat Cicero, diſcutit prius hoc loco quæſtiones duas. Vnam, ſit'ne à Panætio conſultò relicta tractatio tertiæ partis huius. Alterā, debuerit'ne omnino Panætius, etiamſi uoluiſſet & potuiſſet, aliquid conſcribere de cōparatione honeſtorū & utilium. Duæ ſunt autē partes huius loci. Ac prima quidem parte, de qua hac Tabella docetur, rurſus duo agit Cicero:*

- **Primùm** *repetit Panætij tripartitam conſilij capiendi deliberationem, ideo potiſſimùm, ut perſpici queat*
  - **Partim** *duo prima genera ab ipſo pertractata* — *Honeſtum & utile,*
  - **Partim** *uerò, ei reſtare tertium genus, quod prætermiſiſſet.*
  - **Hæc** *autē ipſa ἀνάληψιν, id eſt repetitio Panætianæ diuiſionis, habet*
    - **Partim** *σύστασιν προσώπου, commendationem perſonæ Panætij, quòd accuratiſſimè de officijs diſputaſſet.*
    - **Partim** *λογισμὸν, conſilium ſcriptionis, καὶ σκοπὸν, ad quem potiſſimùm Cicero in his libris reſpexerit, nimirum ad eum ipſum Panætium.*
- **Deinde** *obiectiões aduerſariorū Panætij exponit. Duo enim ſūt crimina data Panætio:*
  - **Vnū** *eſt, cōſultò omiſiſſe, nō prætermiſiſſe Panætiū, hanc tertiam partem. Hoc refutat Cicero, ac defendit Panætiū, his argumētis:*
    - **Primùm** *à lege diuiſionis:*
      - *Qui in tripartita diuiſione duas partes abſoluerit, huic neceſſe eſt reſtare tertiam:*
      - *Panætius è tripartita diuiſione, duas partes abſoluit:*
      - *Ergo,*
      - *Panætio neceſſe eſt, reſtare reliquam tertiam.*
    - **Deinde** *ab ipſius Panætij promiſſo:*
      - *Qui promittit ſe de quapiam re ſcripturum, is utique tenetur hoc promiſſo.*
      - *Panætius in extremo libro tertio Officiorum ſuorum, promiſit ſe de hac tertia parte ſcripturum: Ergo,*
      - *Panætius tenetur hoc promiſſo.*
    - **Poſtremò**, *à teſtimonio P. Rutilij, quod Poſſidonius expoſuit, in quo eſt elegans ſimilitudo: qua probatur, neminem melius Panætio de hac parte ſcribere potuiſſe.*
  - **Alterum**, *nō debuiſſe omnino Panætiū, etiamſi uoluiſſet & potuiſſet, de hac parte ſcribere. Quod aduerſarij ita probarunt:*
    - I.
      - *O. Stoicus iudicat honeſtum, ſummum bonum:*
      - *Panætius eſt Stoicus: Ergo,*
      - *Panætius honeſtum iudicat ſummum bonum.*
    - II.
      - *Qui honeſtum ſummum bonum iudicat, is nihil cum eo comparandum ſtatuit.*
      - *Panætius honeſtum ſummum bonum iudicat:*
      - *Panætius igitur cum honeſto nihil comparandum ſtatuit.*
    - III.
      - *Qui cum honeſto ſummo bono nihil comparandum ſtatuit: is ne utilitatem quidem dignam, quæ comparetur cum illo exiſtimat:*
      - *Panætius, ut Stoicus, cum honeſto ſummo bono nihil comparandum ſtatuit:*
      - *Panætius igitur, ne utilitatem quidem dignam, quæ cum honeſto ut ſummo bono compararetur ſtatuit.*
    - IIII.
      - *Stoici ex autoritate Socratis, ita implicuerunt utile honeſto, ut omne honeſtum utile ducerēt: nec utile quicquam, quod non honeſtum:*
      - *Panætius fuit eiuſdem ſententiæ, ut omne honeſtum utile iudicaret: nec utile quicquam, quod non honeſtum.*
      - *Quare non fuit opus comparatione.*

TABVLA V. DE DISTINCTIONE OFFICIORVM, ET QVID reſpondeat Cicero ad alteram obiectionem aduerſariorum Panætij. Atque illud quidem honeſtum, &c.

Altera *parte huius diſputationis Cicero peculiariter diluit poſterius crimen, obiectum Panætio: non debuiſſe eũ de hac tertia parte ſcribere. Duo ſunt autẽ capita huius partis:*

- **Vnum** *conſtat* προκατασκευῇ, *nam aditum quẽdam ſibi prius facit ad refutationẽ, & quaſi acceſſum, in quo rurſus duo agit. Nam*
  - **Partim** *accuratè et diligẽter diſtinguit Officia. quia alia ſunt*
    - **Perfecta**, *quæ ſunt* κατορθώματα: *eaq́; ita deſcribit,*
      - *Quòd in ſolis ſapientibus ſint:*
      - *Quòd à uirtute diuelli non poßint:*
      - *Quòd perfecta atque abſoluta ſint:*
      - *Quòd omnes numeros habeant:*
      - *Quòd præter ſapientem in neminem cadant.*
    - **Media**, καθήκοντα μέσα, *quorum conditiones hæ fermè ſunt:*
      - *Quòd ſint communia:*
      - *Quòd latè pateant:*
      - *Quòd multi aſſequantur ea*
        - *Vel bonitate ingenij.*
        - *Vel progreßione diſcẽdi.*
      - *Quòd ſecunda quædam honeſta ſint.*
      - *Quòd communia cum omni hominũ genere.*
  - **Partim** *quo magis demonſtraret, nõ poſſe perfecta officia ab ullo homine præſtari, adducit*
    - **Cùm** *uirtutũ excellentiũ exempla, quarum perfectio in nemine reperta eſſet:*
      - *Fortitudinis, ob quam laudantur duo Decij:*
      - *Iuſticiæ, cuius laude floruit Fabricius, Ariſtides, &c.*
    - **Tum** *ſapientiæ ipſius perfectionem, cuius opinione celebres extiterunt M. Cato, C. Lælius, & ſeptem in Græcia ſapientes.*
    - *(of all these:)* *Horum neminem aſſecutum eſſe ait* κατόρθωμα, *neque plenè aut perfectè fortem, iuſtum aut ſapientem extitiſſe, quomodo intelligi hic uellet: ſed horum omnem uitam, conſilia, facta, ſimilia ſecundis honeſtis & medijs officijs eſſe.*
- **Alterum** *caput, habet poſt peractam deſcriptionem Officij, reſponſionem ad ſecundam obiectionẽ, cuius hæc ferè ſumma eſt: utut ſeſe res habet, etiamſi Panætius ob eas rationes quæ ſuprà expoſitæ ſunt ab aduerſarijs, non debuiſſet ſcribere de hac tertia parte: tamẽ quid ſoleret fieri, non quid oporteret fieri: & quid fieret, non quid fieri deberet, oſtendendum, ſi ſcribere uoluiſſet, Panætio fuiſſet: nec de perfectis illum officijs, ſed medijs, quæ ab unoquoque præſtari poſſunt, hanc comparationem inſtituturum fuiſſe.*

TABVLA VI. DE COMMVNI VTILITATE VNIVSCVIVSque & uniuerſorum: & quàm remota eſſe debeat ab homine, iniuſta alieni boni appetitio. Itaque ut ſine ullo, &c.

- *Nunc deinceps metas & fines quoſdam conſtituit, ad quos uniuerſa utilium cum honeſtis comparatio & contentio referri debeat. Hãc ipſe formulã nuncupat, nos uerè ſcopum poſſumus dicere, ad quẽ reſpicere homines in honeſtatis & utilitatis pugna debẽt. Eſt igitur formula talis: Quia ex naturæ optimæ ducis & magiſtræ præſcripto homo quicunq; ſit, homini proſpectum & conſultum uelit: & quia ad societatem à natura facti ſumus, cuius arctiſsimum uinculum eſt, primum rationis & intelligentiæ uſurpatio, alterum ſermonis mutui cõmercium, tertium rerum in ampliſsimo orbis terræ theatro conditarũ uſus communis: neceſſe eſt ſecundum eandem na-*
  - Vnum *continet*
    - Partim πρότασιν γενικήν, *generalem propoſitionem totius diſputationis: ſeſe, quo peruerſo hominum errori remedium reperiri queat, formulam præſcripturum, quam ſequentes nunquam aberraremus:*
    - Partim *indicationem, cui nam philoſophorum ſectæ hæc formula cõſentanea ſit futura: Stoicorum ſcilicet ſectæ. Eius rei hoc adfert argumentũ:*
      - STOICI, *quicquid honeſtum eſt, id utile cenſent: nec utile quicquam, quod non honeſtum:*
      - ACADEMICI *&* PERIPATETICI *ueteres, etſi honeſtum anteponunt utilitati, tamen honeſtum aliquod non utile, & utile quod non ſit honeſtum, ſtatuunt.*
      - Ergo *non iniuria* STOICOS *ſequitur, quorum ſplendidior eſſet de honeſtis uitæ officijs oratio.*
  - Deinde *propoſitam formulam, quæ eſt detrahere aliquid alteri, & homi-*
    - I. Ab incommodis *& effectibus*
      - *Quæ res tollit conuictum & humanam ſocietatem, ea omnino eſt contra naturam:*
      - *Detrahere proximo, & eius bonis ſua amplificare commoda, tollit conuictum & ſocietatem hominum:*
      - *Ergo detrahere proximo, & eius incommodis ſuum augere commodum, eſt contra naturam.*
    - II. `A naturæ *præſcripto:*
      - *Quicquid natura uetat, eſt fugiendum:*
      - *Aliorum ſpolijs noſtras facultates augere, natura uetat:*
      - *Ergo, Aliorum ſpolijs noſtras facultates augere eſt fugiendum.*
    - III. `A legũ *conſenſu:*
      - *Quicquid uetat conſenſus legum omnium populorum, id iuſtum eſſe nequit:*
      - *Detrahere proximo cõmodi ſui gratia ſeu cauſa, uetat conſenſus legum omnium populorũ.*
      - *Ergo, Detrahere proximo non poteſt eſſe iuſtũ.*
    - IIII. `A recta *ratione:*
      - *Qui naturæ parêre uolet, is nunquam alienum appetet.*
      - *Homines rationi parêre debent:*
      - *Homines igitur nunquam alienum appetent.*

turam, cuius

turam, cuius una eademq́; lege continemur, eadem ſit utilitas unicuiuſq; & uniuerſorum. Diuidi autem hæc diſputatio poteſt in tres potiſſimum partes. Ex his prioris partis, de qua hac tabella agitur, duo rurſus capita ſunt:

nem hominis incommodo ſuum augere cõmodũ. magis eſſe contra naturã, quàm paupertatem, quàm mortem, quàm dolorem. Hanc igitur confirmat his argumentis:

V. 'A comparatione diſſimilium rerum:
- Quæ ſecundum naturam ſunt, ea magis homini cõueniunt, quàm quæ ſunt contra naturam:
- Excelſitas animi, magnitudo, comitas, iuſticia, magis ſunt ſecundum naturam, quàm diuitiæ: Ergo,
- Illa ipſa magis, quàm hæc, homini conueniunt.

VI. Καθ' ὑπερβαλὴν καὶ αὔξησιν τοῦ φαύλου:
- Quod inter ea quæ naturæ contraria ſunt, magis eſt contra naturam, id magis fugiendum:
- Detrahere alteri eſt inter ea quæ cõtra naturam ſunt, maximè præ cæteris contra naturam:
- Ergo detrahere alteri, magis etiam fugiendum eſt.

VII. Δίλημμα:
- Qui alterum uiolat, ut ipſe cõmodi aliquid conſequatur,
  - Aut nihil exiſtimat ſe contra naturam facere,
  - Aut magis fugiendã paupertatem, mortem, & cætera, quàm detractionem alieni.
- Atqui utrunque fit ab improbis:
- Improbi ergo dupliciter peccant.

VIII. Refutatio utriuſq; partis:
- Qui alterum uiolando, nihil ſe contra naturam facere exiſtimat, is hominem ex homine tollit. Item, Qui magis fugiendam paupertatem cenſet, quàm detractionem alieni, is multò pluris facit uitia corporis quàm animi.
- Atqui neutrum horum approbat ratio: Ergo,
- Neutrum horum appetendum: & per conſequens, Detractio alieni extremè fugienda.

IX. Ab inſita naturali humanitate:
- Qui alteri ob eam cauſam, quòd is homo ſit, conſultum cupit, is utilitatem communem ex præſcripto naturæ ſtatuat neceſſe eſt:
- Atqui homo homini, ob eam ipſam cauſam, quòd is homo ſit, conſultum cupit:
- Ergo. quilibet utilitatem inter omnes communem, ex præſcripto naturæ ſtatuat neceſſe eſt.

X. Ex conſequentibus ſuperiorum:
- Qui ex naturæ præſcripto, cõmunem utilitatem ſeſe iuuare debere ſtatuunt, ij una eademq́; lege naturæ continentur.
- O. Homines ad communes utilitates in medium adferendas, ex præſcripto naturæ ducuntur: Ergo,
- O. Homines una eademq́; lege naturæ continentur.

XI. Ex cõſequente penultimi:
- Quos natura una eademq́; lege naturæ cõtinet, hi uiolare ſe mutuò non debent:
- O. Homines natura una eademq́; lege continet: Ergo,
- Violare homines ſe mutuò non debent.

TABVLA VII. IN QVA EST ALTERA PARS HVIVS, DE non detrahendo alteri quicquam, diſputationis. Nam illud quidem, &c.

Poſt confirmatā *& demonſtratam pluribus argumentis formulam illam ſuam, remouet nunc quicquid colorum atque prætextus adferri poterat, ad querendam late-*

- I.
  Primùm, *qui dicunt, ſe parenti aut fratri nihil detracturos: cæteros tamen ciues, ut nulla propinquitate ſibi iunctos, ſe non curare. Hoc ita refutatur:*
  - **Primùm,**
    - *Qui æquo & pari cum ciuibus iure uiuit, is ſalua fide detrahere ciui non poteſt:*
    - *Atqui in Republica ciuis cum ciue, pari & æquo iure continetur.*
    - *N. Igitur ciuis detrahere ciui ſalua fide poteſt.*
  - **Deinde,**
    - *Quos naturalis ſocietas, communis utilitatis cauſa coniungit, hi detrahere alij alijs, ſi eam ſaluā uelint, neque debent, neque poſſunt:*
    - *Ciues cum ciuibus naturali ſocietate coniunguntur:* Ergo,
    - *Ciues ciuibus detrahere, ſi ſaluam uelint ſocietatem, non poſſunt.*
- II.
  Deinde, *qui profitentur ciuium quidem rationem habendam, ſed externorum non item. Hoc refellitur, ab incommodis qui inde proueniunt:*
  - *Quòd beneficentiam, liberalitatem, bonitatem, iuſticiam, funditus tollit, id bonum eſſe nequit:*
  - *Vſu urbis probibere peregrinos, hæc tollit:* Ergo,
  - *Vſu urbis probibere peregrinos, bonum eſſe nequit.*
- III.
  Prætérea *refutatur, qui dicéret, ſapientem rectè, ſi ipſe fame conficiatur, auferre poſſe cibum alteri homini, ad nullam partem utili:*
  - *Cui uita debet eſſe inuiſior, quàm talis animi affectio, ut uiolet alterum: is nemini contrarius eſſe debet.*
  - *Cuilibet homini uita inuiſior eſſe debet, quàm amor rapinarum, & cupiditas ſpoliandi alium:* Ergo,
  - *Nemo cōtrarius eſſe alteri debet, in illa perſuaſione.*

bram maleſi-

bram maleficio, & ad comparanda diverticula & effugia improbitatis. Refutantur ergo:

IIII. Poſthæc *ad id quod obiiciebatur, an Phalarim crudelem tyrannum, vir bonus, ne ipſe frigore conficiatur, veſtitu ſpoliare poſſit. Ad id igitur dupliciter reſpõdet:*

- Primùm: *Non faciendum. nam ſi id tuæ utilitatis cauſa feceris, inhumanè feceris, contraq́; naturam.*
- De-inde *ſi faciendũ ſit, id Reipublicæ ſit cauſa, & tum nõ ſit reprehendendũ. Atque ita*
  - Primùm *quidem repetitur notiſsimam propoſitionem huius diſputationis: Non magis eſſe cõtra naturam egeſtatem, quàm eiuſmodi detractionem.*
  - Deinde *ait, ipſam legẽ naturæ decernere, ut ſapiens Reip. cauſa detrahat alteri: in quo tamen videndũ*
    - Primũ, *ne nimiũ benè de ſe exiſtimare hoc facto credatur.*
    - Dein-de, *ne ſe ipſe nimiũ diligat, corruptus φιλαυτίᾳ.*
    - Poſtremò *ut officio fungatur, conſulens utilitati hominum.*
  - Deinde *diligẽtius diſcutit quæſtionẽ de Phalaride, & cur rectè ſpolietur,*
    - Primùm *argumẽtum*
      - Vnò
        - *Quibus cũ nobis nulla ſocietas eſt, ſed potius ſumma diſtractio, his licitum eſt nocere:*
        - *Cum tyrannis, ſumma nobis diſtractio eſt: Ergo,*
        - *Tyrãnis licitũ eſt nocere.*
      - Altero
        - *Quem necare licet, multo magis ſpoliare licet:*
        - *Tyrannũ necare licet:*
        - *Tyrannum ergo multo magis ſpoliare licet.*
    - Deinde *ſimpliciter exterminandum eſſe ait, totum hoc hominum genus, ut impium & peſtiferum. idq́; docet eleganter ducta à membris humani corporis ſimilitudine,*

TABVLA VIII. IN QVA EST TERTIA PARS, EIVSDEM de non iniuſtè appetendis alienis, diſputationis.
Sed quoniam operi, &c.

- In tertia huius diſputationis parte, quo ſit facilior ipſi & expeditior totius reliquæ doctrinæ decurſus, & quo facilius quæ uelit explicet, duo agit potißimum:
  - Primùm, ex duobus, unum ſibi à filio concedi & dari poſtulat, more Geometrarum, qui de certis poſitis & conceßis demonſtrationes peragunt. Poſtulat autem,
    - Vel, ut Stoicum δόγμα filius in hac tertia diſputatione approbet: nihil eſſe, præter honeſtum, propter ſe expetendum.
    - Vel, ſi id propter Peripateticos, & ob principē illius ætatis Cratippū, non poßit probare: ſaltem id concedat, quod honeſtum ſit, id eſſe maximè propter ſe expetendum.
    - Nam ſecundum hæc duo conſtitui neceſſe eſt delectum officij. eum quem in hoc tertio libro exquirit: & quid ſit tenendum, in comparatione utiliū cum honeſtis. Ideo hæc duo quaſi ἀρχαὶ ſunt, quibus ceu fundamentis inſiſtit tota diſputatio.
  - Alterum duo cōtinet κεφάλαια:
    - Vnum ἀπολογητικὸν, nam defendit Panætium, quòd is non dixerit utilia aliquando pugnare cum honeſtis: non enim hoc licuit ei, quippe Stoico: cuius rei argumenta expoſita ſunt, tertia ſuperiore Tabula.
    - Alterū ἀποδεικτικόν. nam de ſcriptis Panætij teſtatur, magnam illi fieri iniuriam, hac in eum collata culpa: quaſi profeſſus eſſet, utilia aliqua pugnare cum honeſtis. Quare quæ docuerit Panætius, Cicero exponit. Eaq́; expoſitio Panætianæ ſententiæ, duos locos habet:
      - Primus rurſus
        - Partim oſtendit, quomodo honeſtū & utile πρὸς ἀντιπαραφορὰν conſiderari debeant, ut cùm dixit Panætius
          - Nihil utile, quod non idem honeſtum:
          - Nec honeſtum, quod non idem utile.
        - Partim αἰτιολογίαν habet, cur induxerit hanc honeſtorum & utilium comparationem:
          - Non, ut aliquando anteponeremus utilia, honeſtis:
          - Sed ut ea ſine errore dijudicaremus.
      - Alter
        - Partim
          - Σημαντικὸς eſt, uel Ὑποσχετικὸς — Significationis ſeu pollicitatiōis, ſeſe ſcripturū de hac tertia parte.
        - Partim ἀπολογητικὸν: oſtendit enim, quæ ipſum ad ſcribendum cauſa impellat: quòd nihil adhuc eorum quæ legerit de hac comparatione utilium & honeſtorum, probauerit.

TABVLA IX. HONESTATEM PERPETVÒ PRÆPONENDAM eſſe utilitati, in comparatione horum inter ſe.

Cùm igitur, &c.

- *Nunc ipſum ingreditur diſputationem Cicero, & quid faciendū ſit demonſtrat, ſi fortè allubeſcere cœperint com-*
  - Primùm
    - Partim *argumentis demonſtrat, nullam utilitatem aut poſſe, aut debere præponderari honeſtati.*
      - I. *A contrario naturæ,*
        - O. *Vtilitas eſt ſecundum naturam:*
        - N. *Turpitudo eſt ſecundum naturam:*
        - N. *Igitur turpitudo, eſt utilis*
      - II. *A fine hominis:*
        - *Quam ad rem natus eſt homo, ea uel ſolum, uel ſummum bonum eſt:*
        - *Ad honeſtatem autem natus eſt homo:*
        - *Honeſtas ergo ſola, aut ſummum bonum eſt,*
      - III. *Ex conſequente ſuperiorum:*
        - *Omne bonum eſt utile,*
        - *Honeſtas eſt ſolum aut ſummum bonum:*
        - *Honeſtas ergo eſt utilis.*
    - Partim *incommoda enumerat, quæ ſequuntur deprauata iudicia, cùm quod utile uiſum eſt accipitur, & ſtatim ab honeſto ſecernitur. Hinc*
      - *Sicæ,*
      - *Venena,*
      - *Falſa teſtamenta,*
      - *Furta,*
      - *Peculatus,*
      - *Expilationes,*
      - *Direptiones ſociorum.*
      - *Opes nimiæ,*
      - *Libidines regnandi.*
      - *Quamobrem hoc deliberantium genus pellatur è medio. Nam*
        - Primùm *eſt totum ſceleratum & impium.*
        - Deinde *deliberant*
          - *Vtrum id quod honeſtum eſt ſequantur:*
          - *An ſe ſcientes ſcelere contaminent.*

moda, & pro-

TABVLA DECIMA, DE NON NEGLIGENDIS PRIVATIS commodis. Nec tamen noſtræ nobis,&c.

Quemadmodum *ſi quiſque cõmodi ſui cauſa alteri detrahat quod poßit, ſocietas hominum cõmunitasq́; euertatur neceſſe eſt: ita ſibi ut quiſque malit, quod ad uſum uitæ pertineat, quàm alteri acquirere, conceſſum eſt, non repugnante natura. Atque de eo ipſo nunc agit Cicero. Duo autem hic uidenda:*

- Primùm *παράγγελμα duplicis præceptionis:*
  - Quòd *noſtræ nobis utilitates*
    - *Non ſint omittendæ,*
    - *Non ſint alijs tradendæ.*
  - Deinde, *ut quiſque ſuæ utilitati ſeruiat, quoad id ſine alterius incommodo fiat.*
- Deinde *poſt præceptionem duo uidenda:*
  - Partim *Chryſippea ſimilitudo, qua hoc præceptũ de proprijs utilitatibus illuſtrius redditur:*
    - *Qui ſtadium (inquit Chryſippus) cucurrerit, eniti & contendere debet quàm maximè poßit, ut uincat. Supplãtare autem eum qui cùm certet, aut manu depellere, nullo modo debet.*
  - Partim *προσαπόδοσις, accommodatio principalis initio poſitæ propoſitionis, ad eam ſimilitudinem:*
    - *Si in uita ſibi quenque petere, quod pertineat ad uſum, non iniquũ eſt: alteri decipere ius non eſt.*

TABVLA XI. HONESTATEM NVNQVAM ESSE VIOLANdam amicitiæ cauſa. Maximè autem perturbantur, &c.

Hoc capite formulam quandam præſcribit Cicero, ad quam cultus amicitiæ, & coniunctio amicorum & fidei referri debet: ita ut non modò excuſatione amicitiæ nulla quæratur ſceleri & improbitati latebra, uerùm etiam intelligi debeat, ab amicis honeſta petenda, amicorum cauſa honeſta facienda: neque unquam religionẽ & conſcientiam bonæ mentis, colore & prætextu neceſſitudinis uiolandam. Æquè enim nefas eſt, tale quid & facere rogatum, & rogare: hoc eſt, contendere, quod cõtra fidem, contra iuſiurãdum, contra Rempublicam ſit. Habet duas partes hic locus:

- Prior *pars continet*
  - Primùm *κατάστασιν, propoſitionem capitis: Officia in cõparatione utilis & honeſti maximè perturbari in amicitijs, quibus*
    - *Et non tribuere quod rectè poſſis:*
    - *Et tribuere quod non ſit æquum,*
    - *contra officium eſt.*
  - De-inde *præceptiones ſequuntur*
    - Generalis *una Quæ ui denur utilia, ut*
      - *Honores,*
      - *Diuitiæ,*
      - *Voluptates,*
      - *& cætera generis eiuſdem, hæc amicitiæ nunquam anteponenda.*
    - Speciales *duæ,*
      - Vna, *quo ſe pacto in amicitia uir bonus gerat,*
        - Vel *ſuæ perſonæ reſpectu. ui debit enim, ne*
          - *Rempublicam,*
          - *Iuſiurandũ,*
          - *Fidem*
          - *uiolet, uel*
            - *Amici,*
            - *Amicitiæ cauſa:*
              - *Ne ſi iudex quidem erit de ipſo amico.*
        - Vel *reſpectu amicitiæ. nam tantũ dabit amicitiæ,*
          - Primùm, *ut ueram amici cauſam malit.*
          - Deinde, *ut perorandæ litis tempus, quoad per leges liceat, accommodet.*
      - Altera, *quid in dicenda ſententia ſit tenendum,*
        - Primùm, *ſi iurato ſententia dicẽda ſit, meminerit Deũ ſe adhibere teſtem: id eſt, mentem ſuam, qua nihil homini Deus dedit ipſe diuinius.*
        - Deinde
          - Cùm *probat illum morem rogãdi iudicis, ut quæ ſolua fide facere queat, ea ſtatuat.*
          - Tum
            - Partim *explicat, quò referri debeat ea ipſa rogatio, ad ea ſcilicet quæ non ſunt contra Reipub. iuſiurandum.*
            - Partim, *quàm longè abſit ab amicitia, ſi omnia facis, quæ amicus petit.*
- Poſterior *pars huius loci duo cõplectitur:*
  - Primùm, *perelegantem de Damone & Pythia hiſtoriolam, quæ eſt rarum maximè & inſigne exemplum fidei in amicitia.*
  - Deinde, *concluſionem capitis, in qua eſt repetita initialis propoſitio, & ἀρχὴ totius diſputationis,* NIHIL VTILE QVOD NON IDEM HONESTVM. *Quare nec utilitatis quidẽ cauſa, honeſtatẽ uiolandam.*

Quemad-

TABVLA XII. QVOD MVLTIPLICITER PECCETVR utilitatis ſpecie. Sed utilitatis, &c.

- **Quemadmodũ** *paulò antè ne mnima quidem ex parte uiolandã utilitatis gratia honeſtatem aſſeruit: ita nunc, quantopere ſpecies emolumenti & commodi hominibus imponat, atq; peccãdi occaſiones præbeat, demonſtrat. Ac diuidi poteſt hic locus*
  - *Εἰς τὰ φευκτὰ, ubi docet, quãtopere fugienda ſint ea quæ opinatæ utilitatis ſpecie, quæ reuera nulla eſt, repugnante honeſtate, contra ius & fas in Republica committuntur. Idq;*
    - **Partim** *factum eſſe demonſtrat exemplis*
      - *Romanorum, in Corinthi diſturbatione.*
      - *Græcorum Athenienſium, qui ſciuerunt, ut Æginetis pollices præciderentur.*
    - **Partim** *fieri iſtiuſmodi non oportere, hoc argumẽto probat*
      - *Quicquid contra naturam eſt, non poteſt utile eſſe:*
      - *Crudelitas eſt contra naturam:*
      - *Crudelitas ergo non poteſt eſſe utilis.*
    - **Partim** *adiungit quæ omnino fugienda ſint,*
      - *Probibere peregrinos uſu urbis, ut apud Romanos fecère*
        - *Pœnus,*
        - *Papius.*
      - **Sed** *hic προκαταλαμβάνει quorundam obiectionem, recitando legem Craßi & Scæuolæ:*
        - *Eſſe pro ciue, qui ciuis non ſit, rectũ eſt, non licere.*
  - *Εἰς τὰ αἱρετά. Oſtendit autem, quanta ſit rurſus uis honeſti, ut ſpeciem utilitatis obſcuret. Atque hic rurſus duo agit:*
    - **Primùm** *commemorat hiſtorias, in qbus longè plus ualuit honeſtas, quàm utilitas:*
      - **Romanorum**, *ubi*
        - *Cùm ſæpè aliâs,*
        - *Tum maximè Cannenſi clade accepta,*
          - *Nulla fuit timoris ſignificatio,*
          - *Nulla mentio pacis:*
          - *Tanta uis eſt honeſti.*
      - **Græcorum**, *in primis Athenienſiũ. nam hi*
        - **Partim** *eo bello quòd cum Perſis geſtum eſt, Cyrſilum ſuadentem ut Xerxem reciperent, lapidibus obruerunt.*
        - **Partim** *in bello cum Lacedæmoniis repudiarunt Themiſtoclem, qui præter ius & honeſtatem bellicam, claſſem Spartanam incendendam eſſe cenſuiſſet.*
    - **Deinde** *cõcludit præclaro præcepto: Quòd turpe ſit, id nunquam eſſe utile: ne tum quidem, cùm id quod utile eſſe putes, adipiſcare. Hoc enim ipſum utile putare, quod turpe non ſit, calamitoſum eſt.*

TABVLA XIII. NON ESSE SIMVLATÈ, AVT DOLO MAlo, in contractibus agendum. Sed incidunt, ut ſuprà dixi, &c.

Quia in contractibus permulta fiunt dolo malo, cùm tamen ex rebus cōtrahendis tollendum ſit omne mendacium: ideo nunc quo facilius quæ in hoc genere peccantur, perſpici queant, duobus exemplis Cicero qd fieri ſoleat oſtēdit: introducēs diſceptantes inter ſe philoſophos, ſuper iis ipſis quæ contrariam in partes

Primùm *diſceptat quæſtionem de frumentario Rhodio, qui ab Alexandria magnum frumenti numerum aduexerit, in Rhodiorum inopia & fame, ſummaę annonæ caritate. Is idem ſi ſciat complures mercatores ab Alexandria ſoluiſſe, naueſę onuſtas frumento petentes Rhodum uiderit: dicturus ne ſit id Rhodiis, an ſilentio ſuum quàm plurimo uenditurus. Committit ergo duos inter ſe Philoſophos, Diogenem Babylonium, magnum & grauem Stoicum: & Antipatrum, eius diſcipulum. Hi ita diſceptant*

Antipater:

Venditor omnia pateſaciet, ne quid, quod ipſi notum ſit, emptor ignoret.

Diogenes:

Non dicet omnia uenditor: ſed ea tantùm uitia, quæ iure ciuili dicere tenetur: & quoniam uendat frumentum, uelle quàm optimè uendere.

Antipater:

Tu ea lege natus es, ut utilitatem tuam communem ducere debeas, uiciſſimę communem utilitatem tuam: ideo non cælabis homines, mox adfuturam maiorem copiam frumenti.

Diogenes:

Aliud eſt cælare, aliud tacere: nec quicquid ſibi audere utile eſt, id mihi dicere neceſſe eſt.

Antipater:

Imò neceſſe eſt te aperire, quicquid mihi utile eſt, ſiquidem meminiſti natura inter homines coniunctam ſocietatem.

Diogenes:

Memini: ſed num iſta ſocietas talis eſt, ut nihil ſuum cuique ſit? Quòd ſi ita eſt, ne uendendum quidem quicquam eſt, ſed donandum.

APPENDIX:

Summa orationis Antipatri eſt, quòd uult contendere, non putare debuiſſe, frumentarium Rhodium expedire ut faceret, quoniam turpe id futurum foret.

Summa orationis Diogenis hæc eſt, ut putet, nō eſſe turpe tacere frumētarium, quoniam nemini ſuæ utilitates, citra iniuriam aliorum comparatæ, negligēdæ ſunt.

trariam in par-

trariam in partem cogitationes hominũ diſtrahere poterant. Eſtq; totus locus ἀμφισβητήσιμος. Ac

- **Primùm** *proponunt ζήτημα, quæſtionem: Si uir bonus uendiderit ædes, propter aliqua uitia quæ ipſe norit, cæteri ignorent, uel quia peſtilentes ſint, & in omnibus cubiculis appareant ſerpentes: quæritur, ſi hoc emptoribus uenditor non dixerit, ædesq; uendiderit multo pluris quàm ſe uenditurum putaret, num id iuſtè aut improbe fecerit?*
- **Altera** *quæſtio eſt de ædium peſtilentium uẽditore. Atq; hic duo ſunt:*
  - **Antipatri** *rationes cur non debeat uenditor celare, hæ ſunt:*
    - **Primùm**, *quòd ſi celet, nihil faciat aliud, quàm ut emptorem patiatur ruere.*
    - **Deinde**, *ſimiliter facturus eſſet ac is qui erranti uiã non monſtraret: quod Athenis publicis execrationibus ſancitum eſt.*
  - **Deinde** *diſceptat quæſtionem, & iterum committit duos ſuperiores philoſophos. Nam*
    - **Diogenis** *ſophiſmata quatuor ſunt:*
      - **Duo**, *à maiore ad minus:*
        - *Si quis uillam nec bonam, nec ratione ædificatam, ut bonam commendans, non fallit:*
        - *Multo minus fallit, qui domum non laudans, ſimpliciter proſcribit. Item:*
        - *Si non omne quod dicitur, præſtatur: multo minus præſtandum erit, quod nunquam dictum eſt.*
      - **Duo**, *ab abſurdo: quæ ſequerentur eum, qui uitia ſua patefaceret.*
        - **Vnum**: *Quòd nihil eſſet ſtultius, quàm uenditorem eius rei quàm uendat uitia dicere: Ergo, tacendum potius.*
        - **Alterum**, *nihil tam abſurdum, quàm ſi Domini iuſſu præco ita prædicet, Domum peſtilentẽ uendo: Ergo, tacendum potius.*

TABVLA XIIII. IN QVA EXPONIT CICERO, SVAM DE duabus præcedentis Tabulæ quæſtionibus ſententiam: atque ex rebus contrahendis tollendum eſſe omne mendacium, omnem ſimulationem, uult. Quæ dijudicanda ſunt, &c.

- Sequitur *nunc multiplex ac copioſa, & in diuerſas partes diffuſa diſputatio, quæ tamen ad eũdem, de non uiolanda boneſtate ullius emolumẽti cauſa, finẽ & ſcopum dirigitur. quare docendi et intelligendi cauſa in plures partes diſtribuetur. Hæc*
  - Primùm *interponit iudicium ſuum Cicero, diſceptationi præcedenti, atq; nec frumentarium Rhodium, nec ædium peſtilentiũ uẽditorem, cælare emptores debuiſſe. Atque id copioſius exequitur*
    - Partim *à natura uocabuli, quid ſit uerè cælare: uidelicet non ſimpliciter reticere, ſed uelle ut quod tu ſcias, illi ignorẽt, quorum emolumenti ſui cauſa intereſt ſcire.*
    - Partim *hoc cælandi genus quale ſit demõſtrat: oppoſitis nominibus*
      - *Virtutum. hoc enim eſt*
        - *Non aperti,*
        - *Non ſimplicis,*
        - *Non ingenui,*
        - *Non uiri boni,*
        - *Non iuſti.*
      - *Vitiorum. nam potius eſt*
        - *Verſuti,*
        - *Obſcuri.*
        - *Aſtuti,*
        - *Fallacis,*
        - *Malitioſi,*
        - *Callidi,*
        - *Veteratoris,*
        - *Vafri.*
  - Deinde *argumento à minore ad maius probat: Si uituperandi, qui reticuerunt: multo magis uituperandos, qui orationis uanitatem adhibuerũt. Atq; hoc oc-*
    - Primùm *expoſita perelegante biſtoriola C. Cannij & Pythij Græci, qui mirifico aſtu impoſuiſſet Cannio in hortis uendendis.*
    - Deinde *ad ipſum do-*
      - Primùm *Aquilianam definitionem recitat, quæ eſt: Dolum malum eſſe, cùm aliud ſimulatur, aliud agitur. Vnde ait ſequi, omnes aliud agentes, aliud ſimulantes,*
        - *Perfidos,*
        - *Improbos,*
        - *Malitioſos eſſe.*

buetur. Hæc

buetur. Hac igitur prima parte | caſione, de dolo malo diſputat, | lum malum ſe demittit. Ac

Deinde demõſtrat, dolum malũ prohibitum

- XII. Tabularum legibus:
  - Ex fide bona:
  - Melius & æquius:
  - Inter bonos benè agier, & ſine fraudatione:
- & Iudicijs, in quibus ad deprehendẽdũ dolũ hæc uerba ſunt:
  - In quibus quidem formulis non poteſt meſſe ulla pars fraudis. hinc infert
    - Partim quæ ſingillatim agenda ſint
      - Venditori, qui non apponet licitatorem.
      - Emptori, qui non apponet qui contra ſe liceatur.
    - Partim utrique coniunctim,
      - Vterque ſi ad eloquendũ uenerit, non plus quàm ſemel eloquetur. id demõſtrat
        - Hiſtoriola Q. Mutij, in quo mira fuit religio et integritas,
          - in commendo fundo. Sed hæc eadẽ religio & integritas
            - Neq; uulgò placet: aiunt enim,
              - Hoc quidem boni uiri eſſe: non tamen ſapiẽtis,
                - Concludit tandem hunc locum
                  - Primùm ἰδυμῶς, querela duplici,
                    - Siue diſſimulatio et ſimulatio, dolus malus eſt: perpaucæ res ſunt, in quibus dolus ille malus nõ uerſetur.
                    - Siue uir bonus eſt, qui prodeſt quibus poteſt, nemini nocet, rectè iſtũ uirum bonum non facilè reperiemus.
                  - Deinde παραγγέλματι, præcepto, in quo eſt duplex ἐνθύμημα,
                    - Nunquã igitur utile eſt peccare, quia ſemper eſt turpe. Et quia ſemper eſt honeſtũ, uirũ bonũ eſſe, ſemper eſt utile.
            - Neque ipſi Hecatoni Rhodio, cuius extarent libri de Officijs.

TABVLA XV. DE RETICENTIÆ PŒNA IN CONTRActibus. Ac de iure quidem prædiorum, &c.

- Non modò *ſecundum duodecim Tabulas, quæ lingua nuncupata ſunt, hoc eſt nominatim expreſſa in cõtractibus, præſtari oportuiſſe Cicero ait: uerùm etiam iure ciuili reticentiæ pœnam conſtitutã, hoc eſt, coactum uenditorem, quæcunq; nouiſſet uitia eius rei quam proſcripſiſſet, ea antequàm uenderet exponere. Quòd ſi facere neglexiſſet, præſtare eum emptori damnum oportuiſſe. Huius autem ſecundæ partis duo loci ſunt:*
  - Vnus *ἱστορικὸς. Nam duas commemorat hiſtorias, de iſtiuſmodi reticentia, ſeu dolo malo:*
    - Vnam *de T. Claudio Centimalo, qui cùm ædes quas in Cœlio monte habebat, ab Auguribus demoliri iuberetur: Publio Calphurnio Lanario uendidit, qui rerum omnium ignarus, cùm ex eodem mandato Augurum coactus eſſet demoliri ædes, re poſtea cognita, ad damnum præſtandum Claudium adegit, pronunciante ea de re ſententiam Catonis Vticenſis patre.*
    - Alteram *de M. Mario Gratidiano, qui, quas ipſe paucis antè annis emerat à C. Sergio Orata ædes, has eidem uendidit: cùm quidem in mancipio reticuiſſet Marius, ædes illas ſeruire.*
  - Alter *αἰτιολογικὸς. nam quare has duas hiſtorias commemorauerit, exponit: ut intelligeret filius, non placuiſſe maioribus ipſorum aſtus.*

TABVLA XVI. QVANTOPERE CAVTVM SIT, NE quis dolo malo utatur. Sed aliter leges, aliter philoſophi, &c.

Dolum *malum atque aſtutias, de quibus tam prolixè diſſeruerat, dupliciter ait pelli, hac tertia huius diſputationis parte:*

- Partim *legibus, quæ pellunt aſtum, quatenus manu tenere res poſſunt.*
- Partim *philoſophis, quæ tollit eaſdem aſtutias*
  - Ratione, *quæ poſtulat omnino ne quid agas*
    - *Vel inſidioſè,*
    - *Vel ſimulatè.*
    - *Vel fallaciter, etiãſi prætexere queas aliquid,*
      - *Neque more turpe haberi.*
      - *Neque lege ſanciri:*
      - *Neque in iure ciuili probiberi.*
      - *His addit* ἐναντιωματικὴν *aduerſatiuã, quæ continet*
        - Partim ἄττιορ κωλυτικὸν, *cùm ait:*
          - *Naturæ lege ſancitum eſſe, ne quis alterũ circumueniat.*
        - Partim παραύξησιν, *amplificationem eius cauſæ, cur eo magis credi debeat, naturæ lege tolli impoſturas, quòd eadem natura*
          - Cùm *ad ſocietatem nos finxit:*
          - Tum *æquo iure, omnes quodammodo continet. Quin-*
            - Primùm *quidem Ius gentiũ, quod planè naturale, & neutiquam uiolandum eſt.*
            - Deinde *Ius ciuile, quod con-*
              - Primùm ὀδυρμὸν, *querelam inſtituit, quod ueri iuris germanæq; iuſticiæ ſolidam & expreſſam effigiem nullam teneamus.*
  - *Intelligentia.*

- *etiã, ex naturæ lege naſci docet*
- *tinetur cõmuni iure gentiũ. Atque hic*
  - Deinde, *quid fieri ſoleat uulgò oſtẽdit. Ait enim, umbras & imagines nos ſequi, easq́; eo ſtudioſius retinẽdas, quæ ſeruntur ex optimis principijs, & ueritatis exẽplis. Eius rei adducit w/rv.*
    - Partim *de conſuetis formulis recti & æqui, quæ ſunt*
      - Vna, *Vt ne propter te fidem ue tuam, captus fraudatus ue ſim.*
      - Altera, *Vt inter bonos bene agier, & ſine fraudatione.*
    - Partim de *autoritate Q. Scæuolæ, Pontificis Maximi, qui cenſuiſſet*
      - Primùm, *ſummam uim eſſe in omnibus iis arbitrijs, in quibus agereiur ex* FIDE BONA.
      - Deinde FIDEI BONAE *nomen manare latißimé, & uerſari potißimum*
        - Cùm *in*
          - *Tutelis,*
          - *Fiducijs,*
          - *Mandatis.*
        - Tum *rebus*
          - *Emptis,*
          - *Venditis,*
          - *Conductis,*
          - *Locatis.*
          - *Quòd ſi ita eſt, tũ uerò*
            - Primùm *aſtutiæ tollendæ ſunt.*
            - De- inde *diſcrimẽ faciendũ inter*
              - Prudentiam, *quæ eſt locata in delectu*
                - *Cùm bonorum,*
                - *Tum malorum.*
              - Malitiam, *quæ ſpeciem prudentiæ ita imitatur, ut omnia tamen quæ turpia & mala ſint, bonis anteponat.*

TABVLA XVII, QVAM LATE RETICENTIA ILLA FRAVdulenta, etiam in alijs rebus, non modò in prædijs uendendis ualeat, tum quæ genera hominum uiolent honeſtatem, propter utilitatem. Nec uerò in, &c.

Duo *agit quarta huius prolixæ di-* [putationis]

- Primùm *transfert diſputationem de reticentia, à uenditionibus ædium & prædiorum, ad mancipia: atq;*
  - Non ſolùm *in prædijs uendendis, malitiam fraudemq; uindicarit*
  - Verùm *etiam in mancipiorum uenditione fraudem omnẽ excluſam. Qui enim ſcire debuit*
    - *De ſanitate,*
    - *De fuga,*
    - *De furtis.*
    - *is præſtat edicto Ædiliũ, Atque ex eo infert duo:*
      - Vnum, *quoniam natura fons iuris ſit, nemini id agendum eſſe, ut ex alterius prædetur inſcitia.*
      - Alterum, *à pugnantibus cum illo præcepto, nullam reperiri poſſe perniciem uitæ maiorem, quàm in malitia ſimulationem intelligentiæ.*
- Deinde *reuertitur ad inſtitutũ & propoſitũ ſuũ, in demonſtranda pugna utilitatis & ho-*
  - Vnum *genus eſt*
    - *Sicariorum,*
    - *Veneficorum,*
    - *Teſtamentariorum,*
    - *Furum,*
    - *Peculatorum.*
    - *Nam hi omnino remouendi ſunt ab hac diſputatione Philoſophica, & uinclis ac carcere potius quàm præceptis frangendi & fatigandi.*

putationis

ſputationis parte:

- *neſtatis: ac Διαιρέσει diſtinguit genera hominum; quorum animi in pugna utilitatis et honeſtatis diſtraherẽtur:*
  - Alterum, *eorum qui uiri boni & eſſe uolunt, & haberi etiã. & nihilominus tamẽ utilitatem præponunt honeſtati. Eaq́; occaſione turpiſsimum factum commemorat Craßi diuitis, et Hortenſii: quorũ nomina furtim irrepſiſſent in teſtamentum L. Mutij Baſilij. Eamq́; expoſitionem ſequitur*
    - Primùm *accuſatio, κατηγορία, quod improbè fecerunt, repetito primo genere iniuriæ, ex primo de Officijs.*
    - Deinde *adiungit*
      - Partim *κρίσιν, iudicium ſuum, de talibus impudentibus hæredipetis.*
      - Partim *ἀμφισβήτησιν, diſceptationem contrariæ opinionis hominum q plus mouerentur utilitate, quàm honeſtate. Demonſtrat autem duo:*
        - Primùm *quid*
          - Partim *fieri ſoleat uulgò, quod conſueuerit res á natura copulatas errore diuellere,*
            - *Honeſtatem ſcilicet, & utilitatem.*
          - Partim *fieri debeat. Nam*
            - Etiamſi *habeat hanc uim ſapiens, ut ſi digitis concrepuerit, poßit in locupletum teſtamenta nomen eius irrepere:*
            - Tamen *non utatur hac ui, ne ſi exploratum quidem habeat, id omnino neminem unquam ſuſpicaturum.*
        - Deinde *ἀντιθέσει cõtrariorũ exẽplorum illuſtrat præcedentia præcepta: Exempla autem ſunt,*
          - Vnum, *expreſſo nomine M. Craßi, cui ſi hanc uim dares, ut digitorum percußione hæres poſſet ſcriptus eſſe, qui reuera hæres non eſſet: in foro, mihi crede, ſaltaret.*
          - Alterum, *ἀνώνυμον hominis iuſti, & eius quem uirum bonum dicimus, qui nihil cuiquã, quod in ſe transferat, detracturus ſit.*

TABVLA XVIII. QVI SINT VERÈ VIRI BONI, ET quæ horum notio. At uerò ſi quis, &c.

Quia paulò antè Cicero uirum bonum nihil cuiquam, quod in ſe träſferret, detracturum dixerat: et quia ſæpe uiri boni mentio facta eſt: arripit eam occaſionem, ad explicandam ueram notionem uiri boni: quæ ferè ſumma eſt, Quintæ partis huius. Sunt autẽ hic tria potiſſimùm capita:

- Primi *rurſus tres loci ſunt,*
  - Vnus *eſt* ὁριστικῶς. *nam expreſſis uerbis definit, quis ſit uir bonus.*
    - VIR BONVS *eſt, qui prodeſt quibus poteſt: nocet nemini, niſi laceſſitus iniuria.*
  - Alter ἀντιθετικῶς. *nam mentione admodum diſſimilis exempli oſtendit, quantum abfuerint à uera integritate uiri boni, Craſſus diues, & Hortenſius.*
  - Tertius *denique* ἀνασκευαστικῶς. *nam refutatione ſua tollit eorum ſententiam, qui dicerent, omnino faciendum quicquid expediret*
    - N. *Iniuſtum eſt utile:*
    - *Multæ res iniuſtæ ſunt.*
    - *Multæ igitur res inutiles, per conſequens non faciendæ.*
- Altero *huius partis loco, ea quæ dixerat de boni uiri notione,*
  - Primùm *amplificat autoritate Fimbriæ conſularis, qui ſumma integritate abſtinuiſſet iudicio inter M. Lutatium & huius aduerſarium, ob ſpõſionem factam Lutatij,* NI VIR BONVS ESSET: *idq́; feciſſe ait eum duplici de cauſa potiſſimùm:*
    - Ne *aut ſpoliaret fama probatum hominem, ſi contrà iudicaſſet:*
    - Aut *ne ſtatuiſſe uideretur, uirum bonum eſſe aliquem, cùm ea res innumerabilibus officijs contineretur.*
  - Deinde *uerò*
    - Partim *amplificat hoc reſponſum Fimbriæ, quod conſenſerat cum iudicio Socratis.*
    - Partim *ea quæ cõſequentia ſunt huic dicto, oſtendit. Sequitur enim, Fimbriã ſenſiſſe*
      - Nullo *modò uideri poſſe quicquam utile, quod non ſit honeſtum.*
      - Itaque *talis uir*
        - *Non modò facere:*
        - *Sed ne cogitare quidem quicquam audebit, quod non audeat prædicare.*
- Poſtremò
  - Partim ἐπιτίμησιν *increpationem ſuperioribus adiungit, cõtra philoſophos: eamq́; tractat*
    - Primùm *argumento à minore ad maius,*
      - *Ruſtici cognoſcunt bonum uirum:*
      - *Ergo multò magis philoſophi.*
    - Deinde *probat antecedens, commemorata formula ruſtica, qua uterentur illi in demonſtrãdo bono uiro, quæ eſt,* DIGITIS MICARE: *& quam uim habeat oſtendit.*
  - Partim προσφώνησιν *ad filium, poſſe eum intelligere, nec Gygi, nec Craſſo ignoſci poſſe, ſi res ad eum modum ſeſe habeat.*

TABVLA XIX. NEMINEM MAGNITVDINE VTILITATIS ad facinus impelli debere. At enim cùm permagna præmia, &c.

- Duo *agit Cicero hoc loco, ceu ſexta parte diſputationis huius:*
  - Primùm *tractat nouam πρόληψιν ſeu obiectionem, qua diceretur, quòd magnitudo utilitatis & præmiorum impuliſſet ſæpenumero homines ad fraudem & maleficium: idemq́; ad deſertionem fidei & iuſticiæ. Eius rei memorat duas hiſtorias, quibus oſtendit, præmiorum magnitudine multos à fide diſceßiſſe.*
    - Vnam, *de C. Mario, qui optimum & grauißimum ciuem Q. Metellum, Imperatorem ſuum, à quo Romam miſſus erat, criminatus eſſet, bellum illum producere: ſi ſe conſulem feciſſent, breui tempore aut uiuum aut mortuum Iugurtham ſe in poteſtatem populi Romani redacturum. atque ita conſulatum adeptum eſſe, cùm ſeptimum annum poſt præturam iaceret, neque petiturus unquam conſulatum uideretur.*
    - Alteram, *de M. Mario Gratidiano, qui cùm prætor eſſet, aſtu mirifico præripuiſſet non collegis modò ſuis, uerùm etiam Tribunis plebis, popularē gratiam, & in ſeſe unum deriuaſſet uniuerſam rei benè geſtæ laudem & commendationem.*
  - Deinde *addit ἐξήγησιν, explicationem harum hiſtoriarum, ſentiens, iſtiuſmodi ſcelera tantùm de opimatæ utilitatis ſplendore & ſpecie nata eſſe, & profecta.*

Quod paulò

TABVLA XX. QVAM AD NORMAM, SEV REGVLAM, pugna utilitatis & honeſtatis ſit referenda, & quomodo ſine errore in hac parte iudicandum. Sed omnium una eſt, &c.

Quòd paulo antè magnitudine utilitatis multos ad ſcelus & fraudem impulſos eſſe dixerat, quo melius de eo ſine errore iudicari poſſet, præſcribit deinceps formulam, atq; ſecundũ eam excutit quæ perperàm & iniuſtè ab alijs facta uideantur. Agit autem hac ſeptima parte huius diſputationis, tria:

- Primùm *præſcribit, quid fieri, quid'ue ſeruari atq; teneri oporteat, ſi propoſita emolumenta incœperint perſtringere aciem mentis: uidendum enim*
  - *Aut illud, quod utile uidetur, turpe'ne ſit:*
  - *Aut ſi turpe eſt, ne uideatur eſſe utile.*
- Deinde
  - Partim *transfert eandem à ſeſe propoſitã regulam, de diſcernenda utili, ad facta utriuſque Marij, quorum neuter eſſet laudandus.*
  - Partim *ad filium cõuertendo ſermonem, iubet eũ excutere intelligentiam ſuam, ut uideat*
    - Primùm, *quæ ſit in ea ſpecies & notio uiri boni.*
    - Deinde, *an caderet in uirũ bonum*
      - *Mentiri,*
      - *Criminari,*
      - *Præripere,*
      - *Fallere.*
    - Atque *nihil profectò minus, quàm hoc fieri, oſtendit duobus argumẽtis:*
      - Vno, *à comparatione eorum quæ amittuntur, cum ijs propter quæ amittuntur:*
        - *Viri boni nomen & ſplendor, quæ propter commoda amitũtur, omnino maiora ſunt, quàm ipſamet cõmoda.*
      - Altero, *ducto* [illegible], *à detractione:*
        - *Plus detrahit utilitas opimata uiro bono, quàm adfert: Ergo,*
        - *Nunquam præponderanda utilitas honeſtati.*
  - Partim *in Cn. Pompeium incurrit, qui ob id tantùm Cæſaris filiam in matrimonium duxerat, quo potentior eſſet ſoceri ſui inuidia: atque exaggerat indignitatem huius facti, comparatione pugnantium rerum. Nam*
    - *Vtile uidebatur hoc ipſi: id eſt, errore opinionis pluris fecit utile, quàm honeſtum.*
    - *Sed non uidit, quàm id eſſet in patriam*
      - *Iniuſtum,*
      - *Inutile,*
      - *Turpe.*
  - Partim *ad C. Cæſarem dictatorem tranſit, qui omnia iura diuina & humana peruertit, propter eum quem ſibi ipſe opinionis errore finxerat principatum. Atque ad id probandum, quàm impiè & nefariè ſenſerit Cæſar,*
    - Primùm *recitat uerſus Euripidis de Phœniſſis, quos crebrò in ore habuit Cæſar.*
    - Poſtea, *quare non debuerit agitare tantum ſcelus, oſtendit*
      - Primùm *à cõtrariorũ cõſeruatione. Nam*
        - *Qui probat legum interitum, is harum conſeruationem deteſtabilem eſſe ſentit:*
        - *Atqui Cæſar ita ſenſit:*
        - *Ergo nefariè ſenſit.*
      - Deinde [illegible]: *quòd nihil magis impiũ hoc Cæſaris facto eſſe potuiſſet.*

TABVLA XXI. IN QVA HONESTATIS ET VTILITATIS pugna qualis ſit, cùm rationibus tum exemplis illuſtratur. Nunc ab eo ad uulgi, &c.

- In *hac octa ua parte hu ius diſputa tionis, duo loci ſunt:*
  - Vnus *μεταβατικός, nam transfert ad honeſtatis & utilitatis pugnã, honores et imperia, quorum cupiditatẽ paulò ante improbauerat in Ceſare & Põpeio. Nunc uerò duo agit hoc loco:*
    - Partim *enim uulgi opinionem, quod nihil duceret utilius regno et imperio, acerrimè oppugnat, argumentis ſumptis*
      - 'A genere *facti, ſeu ab iniuſto*
        - *Quod iniuſtum eſt, non poteſt prodeſſe:*
        - *Multa imperia ſunt iniuſtè parta:*
        - *Multa igitur imperia non poſſunt prodeſſe.*
      - Ab enumeratione *incommodorum, & eſt συναθροισμὸς τῶν βλαβερῶν.*
        - *Angores, ſolicitudines, metus, non poſſunt cuiquam prodeſſe:*
        - *Angores & cætera omnia inſunt in regno:*
        - *Regnum igitur non admodum prodeſt.*
      - 'A maiore *ad minus, negatiuè:*
        - *Regnum Tantali & Pelopis, à Ioue relictum, & quidem hæreditario iure ab ipſis partum, non caruit infidelitate:*
        - *Ergo multo minus illud regnum carebit infidelitate, quod oppreßis ciuibus & libertate adeptus eſt Cæſar, aut alius quis.*
      - 'A conſequentibus:
        - *Tyranni interfector [illegible] poſt cædem factam in maxima eſt gloria & gratia: Ergo,*
        - *Neceſſe eſt tyranni uita nihil eſſe miſerius, nec infelicius.*
    - Partim *ex iis ipſis argumentis concludit hoc modo: Si hæc utilia non ſunt, quæ maximè uidentur, quia plena ſunt dedecoris ac turpitudinis: ſatis perſuaſum eſſe debet, nihil eſſe utile, quod non honeſtum ſit.*
  - Deinde *ſub finem totius huius diſputationis illuſtrat hunc locum de pugna honeſtatis & utilitatis, exemplis Romanorum dißimilibus, adducendo*
    - Vnum *ἐπαινετὸν, in quo laudat C. Fabriciũ, qui temporibus Epirotici belli cum Pyrrho, quanti faceret honeſtatem, re ipſa & honeſtißimo facto declarauit.*
    - Tria *ψεκτικά, quibus reprehẽdit præpõderantes utilitatem honeſtati, ut fuerũt*
      - *L. Philippus Q. F. qui cenſuit, ut eæ ciuitates, quas L. Sylla ex S.C. liberauiſſet, pecunia accepta rurſus uectigales eſſent.*
      - *Cato Vticenſis, qui nimium præfractè ærarìa uectigaliaq; defendit, omnia publicanis negauit.*
      - *Curio, qui in Tranſpadanorum cauſa ſemper in ore habuit,* VINCAT VTILITAS.

TABVLA XXII. DE MVLTIPLICI ET VARIO GENERE caſuum & promiſſorum, in quibus eiuſdem eſſet honeſti & utilis pugna. Plenus eſt ſextus liber, &c.

Huius poſt prolixam illam, & hactenus explicatam diſputationem, quaſi in unum locum colle-

Vnus *ἐρωτηματικὸς, ἢ ἀπορητικός.* *Nam quoniam in hac diſputatione in primis Stoicos ſequitur, proponit multiplicis & uariæ dubitationis pene inexplicabiles argutias, & ſpinoſas atque contortas & inuolutas admodum quæſtiunculas: in quibus utilitas ad ſe rapere, honeſtas contrà reuocare ad ſe uidetur. Quo in genere difficilium quæſtionum & argumentorum, plurimùm ualuiſſe* STOICOS *notiſsimum eſt: & Cicero id etiam alibi demonſtrauit. Sunt igitur hoc loco expoſitæ quæſtiunculæ decem, è ſexto libro de Officijs Hecatonis Rhodij:*

Prima:
Sit'ne boni uiri, in maxima charitate annonæ non alere familiam?

Altera:
Si in mari iactura facienda, equi'ne precioſi potius iacturam ſapiens faciat, an ſerululi uilis?

Tertia:
Si tabulam de naufragio ſtultus arripuerit, extorquebit'ne eam ſapiens, ſi potuerit?

Quarta:
Si in una tabula ſint duo naufragi æquè ſapientes, ſibi uterque rapiat, an alteri cedat alter?

Quinta:
Si pater fana expilet, cuniculos agat ad ærarium, indicet'ne id magiſtratibus filius?

Sexta:
Si tyrannidem occupare, ſi patriam prodere conabitur pater, ſilebit'ne filius?

Septima:
Si ſapiens adulterinos nummos acceperit imprudens, pro bonis, cùm id reſciuerit, ſoluturus'ne ſit pro bonis?

Octaua:
Si quis uinum fugiens uendit ſciens, debeat'ne dicere?

Nona:
In mancipio uendendo, dicenda'ne uicia uniuerſa?

Decima:
Si quis aurum uendens, orichalcum ſe putet uendere, indicet'ne ei uir bonus, aurum illud eſſe.

ctæ multitudinis queſtiuncularũ loci tres ſunt:

- **Alter** *μεταβάσεως πρὸς ὑποσχέσεις. Nã diſputationẽ de tali pugna utilis & honeſti, transfert ad locum de promiſſis duorum generum:*
  - **Vnius**, *eorum quæ nec ui, nec dolo malo facta ſint. Huius quæſtiones duas proponit:*
    - **Vnam**, *de eo qui medicamentum cuipiam dederit ad aquam intercutem, pepigiſſetq́; cum eo, ne unquam poſthac illo uteretur.*
    - **Alteram**, *de ſapiente, qui rogatus ſit ab eo qui hæredem faciat, ut antequam hæreditatem adeat, luce palàm in foro ſaltaret, faciat quod promiſerat ille, nec ne?*
  - **Alterius**, *eorum promiſſorũ, quæ quia non ſunt his ipſis quibus promiſeris utilia, ſeruanda non ſunt. Huius generis proponit*
    - **Hiſtorias**, *ſeu μύθους potius, id eſt fabellas tres, quibus oſtẽdit, non fuiſſe omnino ſeruanda promiſſa. Sunt autem*
      - **Prima**, *de Sole & Phaëtonte filio, qui uoti compos factus, antequam paterno in curru conſtitiſſet, ictu fulminis deflagrauit:*
      - **Altera**, *de Theſeo, cui cùm tres optationes Neptunus dediſſet, optauit interitum filij ſui: eiusq́; uoti compos factus, in maximos luctus incidit.*
      - **Tertia**, *de Agamẽnone & Iphigenia filia eius, quam pater cum deuouiſſet, Dianæ immolauit.*
    - *ζητήματα ſeu quæſtiones duas, quibus idem oſtendit quod in hiſtorijs:*
      - **Vna** *eſt: Si gladium quis apud te ſana mente depoſuerit, & repetat inſaniens, reddere peccatum ſit, non reddere officium.*
      - **Altera**: *Si is qui apud te pecuniam depoſuerit, bellum illaturus patriæ repetierit argentum, non reddes depoſitum?*
- **Poſtremò**, *finem facit diſputationi uniuerſæ, de pugna utilis & honeſti, quam explicauerat coniunctim his duabus uirtutibus, Iuſticia & Prudentia: quod ea quæ prudenter fierent, ſæpe malitioſè facta deprehenderentur, ideoq́; iniuſta dicerentur, & per conſequens prudenter facta dici non poſſent. Et quia malitia ſpeciem ſæpe gerit prudentiæ, atque adeò uideri uult omnino prudentia, & hanc imitari, cùm tantùm à iuſticia longè abſit: ideo colligauit atque implicuit conſiderationem pugnæ de utili & honeſto, his duabus uirtutibus, præſertim cùm prudentia nunquam ſine iuſticia, quæ ſemper utilis eſt, eſſe poßit. Atque oſtendit, ſe nunc deinceps diſputationem de pugna utilis & honeſti reducturũ ad reliquos duos fontes officiorum,* FORTITVDINEM & TEMPERANTIAM.

TABVLA XXIII. DE PVGNA VTILITATIS ET HONEſtatis, in fortiter & magno animo rebus geſtis. Reliquæ ſunt duæ partes, &c.

- **Transfert** *nunc Cicero diſputationē præſentem de pugna utilium & honeſtorum, ad Fortitudinē: eo conſilio, ut demonſtret fortes non eſſe, qui præponderarent utilia honeſtis, aut pro ſuis commodis emolumētis'ue pugnare glorioſum ducerēt: ſed qui propter honeſtatē quoduis uitæ et fortunarum diſcrimē ſubirēt. Hæc enim eſt materia Fortitudinis, ea quæ eximia plerisq; & præclara uidentur, & uti-*
  - **Prima** *pars conſtat rurſus duobus locis. Habet enim*
    - **Partim** *πρότασιν, qua dicitur, reliquas eſſe duas uirtutes, de quibus dicendum ſit: ut ſunt, quarum elegantes deſcriptiones ponit,*
      - **Fortitudo,** *quæ cernitur in animi excellentis atque inuicti magnitudine & robore.*
      - **Temperantia,** *quæ cernitur in conformatione & moderatione continentiæ & temperantiæ.*
    - **Partim** *ἀντίθεσιν, id eſt, collatione diſſimilium exemplorum, oſtēdit quæ uerè fortis hominis officia ſint, contēnere ſcilicet utilia. Suntq; exempla,*
      - **Vnum** *μυθικὸν, fabulæ de Vlyſſe, qui ſimulatione inſaniæ, militiam ſubterfugere uoluiſſet: cuius factum tractat comparatione*
        - **Vtilitatis,** *quæ fuiſſet*
          - *Regnare domi,*
          - *Viuere ocioſè,*
          - *Eſſe cum uxore & liberis.*
        - **Honeſtatis,** *quæ omninò negat, quia periurus futurus erat Vlyſſes: idq; amplificat à maiore ad minus ducto argumento:*
          - *Vlyſſes etiam maximis rebus geſtis, nō potuit effugere calumniam:*
          - *Ergo,*
          - *Multo minus tum effugiſſet, cùm remanſiſſet domi.*
      - **Alterum** *ἱστορικὸν hiſtoriæ Romanæ, de M. Attilio Regulo, qui captus à Pœnis, iuratus Romam uenerat, de redimendis captiuis Pœnorum: quòd ſi non impetraret, ipſe Carthaginem rediret ad ſupplicia. Hanc quoque dilatat comparatione*
        - **Vtilitatis,** *quæ fuit,*
          - *Manere in patria,*
          - *Eſſe domi ſuæ,*
          - *Viuere cum uxore & liberis,*
          - *Calamitatē acceptā fortunæ imputare.*
        - **Honeſtatis,** *quæ horū nihil probat,*
          - *Magnitudo animi:*
          - *Fortitudo negat,*
          - *Deſpicitq; omnia humana.*

litatis ſpecie ful gent, cùm reuera non ſint honeſta, ratione ſtabili firmaq; cõtemnere, omnia infra ſe ducere, omnia humana deſpicere, nunquam à ſtatu ſapientis diſcedere. Partes huius loci duæ ſunt potiſſimùm:

Altera *pars duabus rurſus locis conſtat:*

- Primùm *recitat Cicero obiectiones, quæ poterant contra regulam adferri*
  - I. Prima
    - *Deus nemini nocet:*
    - *Ergo, non metuendus.*
    - *Per conſequens:*
    - *Regulo quoque non fuit metuendus ille, de periurio.*
  - II. Altera, *à comparatione commodorum:*
    - *Iupiter non plus nocuiſſet Regulo, quàm ipſe nocuiſſet ſibi:*
    - *Ergo, non fuerat ei tantopere pertimeſcendum de periurio.*
  - III. `A comparatione *maiorum & minorum:*
    - *Cruciatus Reguli longè maiores fuerunt turpitudine periurij:*
    - *Ergo,*
    - *Non fuit ei tantopere timendum de periurio.*
  - IIII. `A conditione *perſonæ:*
    - *N. Fœdifrago fides ſeruanda eſt:*
    - *O. Pœni ſunt fœdifragi: Ergo,*
    - *N. Pœnis fides ſeruanda eſt.*
  - V. `A qualitate *& genere facti:*
    - *N. Violēta actio rata eſſe debet:*
    - *Pœnorum actio fuit uiolenta:*
    - *Ergo, non debuit rata eſſe.*
  - VI. `A magnitudine *utilitatis:*
    - *O. Magna utilitas fit honeſta:*
    - *Regulo propoſitæ fuerunt magnæ utilitates.*
    - *Ergo, fuerunt honeſtæ.*
- Deinde, *has obiectiones ſex, ſingillatim & ordinatim diluit ſequente Tabella.*

TABVLA XXIIII. IN QVA EST PARTIM REFVTATIO OB-iectionum contra Regulum, partim de iureiurando & perfidia.
Hæc ferè contra Regulum, ſed prima uideamus, &c.

Tabellæ *huius loci tres ſunt:*

- Vnus *quidem*
  - Partim *ἀνασκευαστικῶς καὶ ἀντιρρητικῶς, ubi reſpondet ad ea quæ obiecta fuerãt Regulo, eaq́; diluit.*
    - Primæ *obiectionis refutatio, à definitione iuriſiurandi:*
      - *Quòd affirmatè promittitur, id tenendum eſt:*
      - *Iuſiurandum affirmatè promittitur: eſt enim affirmatio religioſa, quæ fit Deo teſte:*
      - *Ergo, iuſiurandum tenendum eſt.*
    - Secundæ *obiectionis refutatio:*
      - *Si dolor eſſet malum, Regulus non potuiſſet ſibi acerbius nocere, quàm quomodo ſibi nocuit:*
      - *Atqui dolor non eſt malum, apud uirum fortem:* Ergo,
      - *Regulus tam grauiter ſibi non nocuit.*
    - Quartæ *obiectionis refutatio:*
      - O. *Legitimo hoſti eſt fides ſeruanda:*
      - *Pœni fuerunt legitimi hoſtes Reguli & Romanorum:*
      - *Ergo, Pœnis fuit ſeruanda fides à Regulo.*
    - Quintæ *obiectionis refutatio:*
      - N. *Viro forti poteſt uis inferri:*
      - *Regulus fuit uir fortis:* Ergo,
      - *Regulo non potuit uis inferri.*
    - Sextæ *obiectionis refutatio:*
      - *Honeſtas eſt cauſa utilitatis: non enim quia utile, ideo honeſtum: ſed quia honeſtum, ideo utile.*
      - *Honeſtas igitur prior apud Regulum eſſe debuit.*
  - Partim *συστατικῶς, quo commendat & laudat Reguli factum,*
    - Primùm, *quod nihil ſit eo ipſo*
      - *Laudabilius,*
      - *Præſtantius.*
    - Deinde, *ex hac tota laude, admiratione in primis dignum eſſe, quòd captiuos retinendos cenſuerit.*
- Alter
  - Partim *πιστωτικῶς, quo probat nullum fuiſſe apud Romanos arctius uinculũ ad aſtringendã fidem iureiurando: atq; id ait demõſtrari poſſe*
    - *Legibus* XII *Tabularum,*
    - *Sacris,*
    - *Notationibus,*
    - *Animaduerſionibusq́; cenſorum.*
  - Partim *uerò*
    - Cùm *ἐπαινετικῶς. nam laudat eos qui ſeruaſſent iuſiurandum, ut fecit*
      - *M. Attilius Regulus ſua ſponte,*
      - *M. Pomponius coactus à Manlio.*
    - Tum *μεμπτικῶς, in quo uituperat, qui fidem datã uiolaſſet: ut fecerunt*
      - *Primùm decem, quos miſit Romam Annibal:*
      - *Deinde unus ex illis decem, qui paulo pòſt quàm egreſſus fuerat, reuerſus in caſtra, quod neſcio q̃d ſe oblitũ diceret, reditu illo ſe liberatum iureiurando putabat.*
      - *Tum plures etiam ſecundum Attilium.*
- Tertius
  - Partim *παραδειγματικῶς, continens exemplum fortis animi Romanorum, in aduerſis rebus: id quod perſpici potuit de octo millibus, quos Annibal tenebat captiuos.*
  - Partim *ἀποδεικτικῶς. nam concludit hanc quoque uniuerſam diſputationem, oſtendendo nihil eorum quæ timido, humili, fracto, demiſſo animo fiant, propter utilitatem fortiter factum exiſtimari debere.*

TABVLA XXV. DE PVGNA VTILIVM ET HONESTORVM, ſecundum conſiderationem moderationis & temperantiæ. Reſtat quarta pars,&c.

- **Digreditur** *ad traducendam cõparationem utilium & hone-*
  - **Prior** *rurſus duo:*
    - **Vnus** *uicißim*
      - **Partim** *eſt* κατασκευαστικῶς. *nam proponit reliquam eſſe unam uirtutem, ad quam excutienda foret utilium & honeſtorum repugnantia. Eamq́; uirtutem*
        - *Decore,*
        - *Moderatione,*
        - *Modeſtia,*
        - *Continentia,*
        - *Temperantia,*
        - *Contineri ait.*
      - **Partim** ἐλεγκτικῶς. *nam quia talium uirtutum choro nihil poteſt eſſe, quãtumuis utile, cõtrariũ, reprehendit*
        - **Primùm** *Anniceerios, ab Ariſtippo Socratico oriundos:*
        - **Deinde** *uerò Cyrenaicam philoſophiam uniuerſam:*
        - **Poſtremò** *totã Epicureorum cohortem:*
        - *Propterea quòd hi omnes*
          - **Partim** *omne bonum in uoluptate ponunt.*
          - **Partim** *uirtutem eẽ ſuiſſent ob eã rem laudandã, quod efficiens eſſet uoluptatis.*
          - *Cum his ait uelis equisque (ut dicitur) ſi honeſtatẽ tueri ac retinere ſententia eſt, decertandum eſſe.*
    - **Alter** *eſt, in quo docet non modò non temperãtiam, ſed ne ullam quidem aliam uirtutem earum, ex quibus omne honeſtum officiumq́; manat, efficiẽtem eſſe uoluptatis, aut ſeruire poſſe utilitati & uoluptati: in qua, beata uita ab Epicu-*
      - **Prior** *generalis, à natura & conditione utriuſq; utilitatis & honeſtatis*
        - *Quarum rerum ſplendor & excellentia, inter ſeſe nunquam comparari poſſunt, eas pugnare ueriſimile eſt:*
        - *Honeſtatis & utilitatis ſplendor & excellentia nunquam inter ſe comparari poſſunt:*
        - *Ergo hæc duo perpetuò inter ſe pugnare ueriſimile eſt.*

ſtorum, ad

ſtorum, ad quartam uirtutem, & ultimã earum in quas honeſti naturã utmq; diuiſit primo libro. Hoc autem nunc oſtendit, nihil fieri temperanter, decorè, moderatè, modeſtè, quod tantùm utilitatis uoluptatisq; cauſa fiat. Huius autem diſputationis ſunt duæ partes. Ex his

bus locis conſtat

reis & Metrodoro et Annicerijs ac Cyrenaicis, & ſimilibus alijs huius profeßionis philoſophis poneretur. Eſtq; probatio rei huius duplex:

- Deinde *ſpeciatim introducit tres potißimũ uirtutes cardinales, negans ullam earum ſeruire uoluptati:*
  - Prudentiam *primùm, de qua ſic argumẽtatur,*
    - Primùm
      - *N. Prudentia eſt poſita in conquirendis uoluptatibus & ſuauitatibus:*
      - *O. Prudentia, eſt uirtus:*
      - *Ergo,*
      - *Virtus, non poſita eſt in conquirendis uoluptatibus.*
    - Alterum
      - *N. Turpe eſt iucundum:*
      - *Legere uoluptates, turpe:*
      - *Ergo,*
      - *Legere uoluptates non eſt iucundum.*
  - Fortitudinem *ſimiliter probat non ſeruire uoluptati,*
    - *Qui dolorem ſummum malum exiſtimat, is minimè fortis eſſe poteſt:*
    - *Atqui Epicureus omnis dolorem exiſtimat ſummum malum:*
    - *Epicureus igitur fortis eſſe non poteſt.*
  - Temperantiam *deniq; docet non eſſe efficientem uoluptatis*
    - I.
      - *Quicquid inimicum libidinũ eſt, id non eſt conſectatrix aut efficiens uolùptatis:*
      - *O. Temperantia eſt inimica libidinum:*
      - *N. Igitur intemperantia eſt conſectatrix uoluptatum.*
    - II. *Vel ſic*
      - *N. Conſectatrix uoluptatum eſt temperantia:*
      - *Libidines ſunt conſectatrices uoluptatum:*
      - *N. Igitur libido eſt temperantia.*

Poſterior *pars explicatur ſequente Tabella.*

TABVLA XXVI. QVA EPICVREORVM RATIONES IN traducenda uirtute, ad perfruitionem uoluptatis refutantur. Atque in his tamen tribus generibus, &c.

- **Poſterior** *huius poſtremæ diſputationis pars, rurſus duos habet locos:*
  - **Prior** *eſt, in quo Cicero expreſſius docet, quomodo Epicurei uirtutes eas, é quibus omnis honeſtas officiumq́; manaret, ad uoluptatis patrocinium traducerent: & nihil non quærerent, quo obtinere poſſent, id quod tantopere de uoluptate contendunt, cuius efficientem eſſe uellent uirtutem:*
    - **Prudentiam** *ergo inducunt efficientem uoluptatis, colligentes hoc modo:*
      - *Quæ ſcientia ſuppeditat uoluptates, ea eſt uirtus:*
      - *Prudentia, ſecundum Epicurum, ſuppeditat uoluptates:* Ergo,
      - *Prudentia eſt uirtus, & per conſequens uirtus eſt efficiens uoluptatis.*
    - **Deinde** *fortitudinem:*
      - *Quæ ſcientia tradit rationē negligendæ mortis, & perferendi dolores, ea eſt uirtus:*
      - *Fortitudo autem hæc tradit:*
      - *Ergo eſt uirtus.*
    - **Tum** *temperantiam,*
      - *Quæ ſcientia uoluptatis magnitudinem doloris detractione finit, ea eſt certè uirtus:*
      - *Temperantia hoc facit:* Ergo,
      - *Eſt uirtus, per conſequens efficiens uoluptatis.*
  - **Poſteriore** *loco:*
    - **Primùm** *remouet iuſticiam & huic cōiunctas uirtutes, ab Epicuro, ἀπὸ τῶν καθ᾽ αὑτὸ αἱρετῶν:*
      - *Quæ uirtutes propter ſe expetuntur, eæ ad uoluptatem utilitatem'ue, quæ propter aliud expetuntur, referri non poſſunt:*
      - *Iuſticia, bonitas, liberalitas, communitas, per ſe expetuntur: quia ſunt uirtutes:*
      - *Ergo, nulla harum poteſt referri ad uoluptatem, utilitatemq́;.*
      - *Per conſequens, nulla harum locum habet apud Epicurum.*
    - **Deinde**
      - **Partim** *dupliciter probat contra Calliphonem & Dinomachum, honeſtatem cum uoluptate non poſſe coniungi:*
        - I.
          - *Res rationalis cum bruta re coniungi non poteſt:*
          - *Honeſtas eſt res rationalis, uoluptas bruta:* Ergo,
          - *Hæc duo coniungi nullo modo poſſunt.*
        - II.
          - *Q. Simplicia ſunt, ex diſsimilibus rebus, ea miſceri & temperari nequeunt:*
          - *Finis bonorum ſimplex eſt, & uniuſmodi, & ſibi ex omni parte conſtans:* Ergo,
          - *Ex uoluptate & honeſtate, diſsimilibus omnino rebus, miſceri is nequit.*
      - **Partim**
        - **Cùm** *remittit hanc diſputationem ad libros de Finibus:*
        - **Tum** *concludit, uoluptatem ceu condimentum quoddam eſſe, non habere aliquid in ſeſe ueræ utilitatis.*

TABVLA XXVII. QVA COHORTATVR FILIVM AD legendos hoſce de Officijs libros. Habes à patre munus M. fili, &c.

Concludit nunc opus ſuum de Officijs Cicero, compellando filium, habere ipſum quidem educatū ad ſpem dignitatis & gloriæ, et imitationem induſtriæ paternæ, munus longè maximum, hos ſcilicet tres de Officijs libros: quos quidem & ipſos eodem tecto, eademq; cœna & toro & conclaui, hoc eſt, inter Cratippi cōmentarios recipiendos unà eſſe cenſet. Sūt autē perorationis, ſeu ἐπίλογοι, totius huius Operis loci tres:

- Primus
  - Partim προσφωνητικῶς, *qua compellatur filius à patre, eiq; hi libri quaſi munus quoddam conſecrantur.*
  - Partim συστατικῶς: *ita enim commendat hos ad filium libros, ut in comparatione cum reliquis donis, nihil putet maius à patre in filium proficiſci potuiſſe.*
- Alter, *ipſe quoque*
  - Partim ἀπολογητικῶς, *qua excuſat dilatam profectionem in Græciam, ad filium: cùm quidem interrupti itineris uel moram uel culpam ſuſtineret patria.*
  - Partim παρακλητικῶς ἢ παραδειγματικῶς. *Petit enim, ne cum his uoluminibus profecta fuerit ad filiū uox paterna, ipſe ſibi deſit: quæ quidem particula habet*
    - Primùm παραίνεσιν, *ut quantum poßit temporis, his libris legendis tribuat.*
    - Deinde συγχώρησιν, *permißionem: nam in uoluntate filij poſitum fore, ut plurimùm ocij lectioni huius operis impendat.*
- Tertius
  - Partim ὑποσχετικῶς, *ſed καθ' ὑπόθεσιν. nam pollicetur ſe cum filio, ſi intellexerit eum hoc ſcientiæ genere gaudere,*
    - *Et præſentem propediem,*
    - *Et abſentem colloc cuturum.*
  - Partim συγκριτικῶς τοῦ τρόπου, *ſimiliter καθ' ὑπόθεσιν: eſtq; tractatus συγκρίσει, comparatione. Ac*
    - Primùm *ponitur* ἀσπασμὸς, *ſalutatio ſeu ualedictio.*
    - Deinde
      - Cùm *ſibi quidem filium chariſſimum eſſe demonſtrat,* ὀνόματι ὑπερθετικῷ *uſus:*
      - Tum *uerò illud* ὑπερθετικὸν *ſuperlatum nomen,* παραυξήσει *ſeu incremento amplificat: multo quoq; fore chariorē. ſed hoc* καθ' ὑπόθεσιν: *ſi intellexerit uidelicet, talibus eum monumentis præceptisq; lætaturum.*

TABVLARVM, OPERIS TRIVM DE OFFICIIS M. T. CICERONIS LIBRORVM, FINIS.

BASILEÆ, PER IACOBVM PARCVM,
Sumptibus Ioannis Oporini, Anno Salutis humanæ
M. D. LXI. menſe Ianuario.

Ζώσης φωνῆς μείζω τὴν ἐνέργειαν ἔχειν

.i. viuae uocis maiorem vim inesse